





1721.

- 17^{ant} = Ludewig, Joan. Petrus, a: *Ueritatem exultam successionis in feuda et principatus. S. R. F. . . publice . . . curatus submittit.* 2 Exempl.
- 18^{ant} = Ludewig Jo. Petrus, a: *Differentias juris Romani et Germanici in re militari . . . publice proponit.* 1 Exempl.
1721 = 1740
- 19^{ant} = Ludewig, Joannes Petrus, a: *Differentias juris Romani et Germanici de senatoribus et consularibus . . . respondit.*
2 Exempl. 1721 = 1739.
20. Ludewig, Joannes Petrus a: *De Differentiis juris Romani et Germanici in Senatoribus et, barbari status, acceptatione.* Rec. 1738.
- 21^{ant} = Ludewig, Joannes Petrus, de: *De Differentiis juris Romani et Germanici in re militari praescribim captivorum.*
2 Exempl. 1721 = 1739.
- 22^{ant} = Ludewig, Joannes Petrus, a: *Dissertationis in ang., qua Differentias juris Romani et Germanici in Jure militari . . . publice respondit.* 2 Exempl. 1721 = 1736.

- 23^a ⁵⁶ Ludewig, Jr. Petrus, a: De differentis juris Ro-
mani et Germanici in dote et donatione propter
nuptias. 3 Exempl. 1721 = 1736.
- 24^a ⁵⁶ Ludewig, Jr. Petrus, a: De differentis juris Romani
et Germanici in comitatu imperio consensuque paren-
tum. 2 Exempl.
- 25^a ⁵⁶ Ludewig, Jacobus Fridericus: De specie generi derogante
2 Exempl. 1721 = 1741.
26. Schmeider, Jr. Fridemann: De restitutione beneficii manum
adversus lapsum fatalium in processu civil.
- 27^a ⁵⁶ Thomaeus, Christianus: De protractione litis per
allegationes legum et doctorum in processu advocatis
permissas. 2 Exempl. 1721 = 1731.
- 28^a ⁵⁶ Thomaeus, Christianus: De dominio et ejus natura
in genere intuitu juris ~~et~~ Germanici privati.
2 Exempl. 1721 = 1731.
- 29^a ⁵⁶ Thomaeus, Christianus: De rerum differentis intuitu
juris Germanici privati. 2 Exempl. 1721 = 1727.

Co. 30^a ¹²⁶ Thomasin, Christianus: In promissa facti liberetur
praestando id, quod interest. 2 Pempt. 1721. 1736.

31. Thomasin, Christianus: De protractione justitiae
per amicabilem compositionem partium litigantium
a justitiae tentandam.

32. Thuenningius, Ludovicus Philippus: Experimentum singulare
de arboribus et foliis educatis ad rationes physicas reor-
catum.

33. Thuenningius, Ludovicum Philippus: De propagati-
one luminis per systema planetarum.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Vertical handwritten text on the right edge of the page.]



DISSERTATIO INAUGVRALIS,
QVA
differentias iuris
Romani & Germanici
IN
D O T E
M A R I T I,

1721
3
222

1) MORGENGABA || 3) VIDVALITIO
2) DOTALITIO || 4) MELIORATIONE

1821

PRAESIDE
DN. IO. PETRO ALVDEWIG, ICGO,
S. R. MAIESTATI PORVSSICAE A CONSILII INTIMIS ET REGIMINIS
IN DVCATV MAGDEBVRGICO, IVRIS AC HISTORIARVM PROFESS. ORDIN.
DOMINO IN GATTERSTAETT, RELIQVA,
INCLVTI IVRECONSULTORVM ORDINIS h. l. DECANO

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
LEGITIME OBTINENDIS

D. VIII. NOVEMBR. AN. MDCCC XXI.

IN FRIDERICIANA

H. L. Q. C.

PVBlice RESPONDIT

IOANNES DANIEL SCHADE,
ADVOC. IMMATRIC. DRESDENSIS

HALAE VENEDORVM,
LITTERIS IOAN. FRID. KROTTENDORFFII, ACAD. TYPOGR.

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
CAMBRIDGE
MAY 18 1881



ILLVSTRI AC GENEROSISSI-
MO DOMINO,

DOMINO

HEINRICO

A BVNAV,

POTENTISS. REG. POLON.

ET ELECT. SAXON. SERENISS.

AVLAE ET IVSTITIAE CONSILIARIO, ET

SANCTIORIS CONCILII REFERENDARIO, CV-

RIAE PROVINCIALIS, QVAE LIPSIAE FLO-

RET, ASSESSORI SPLENDIDISSIMO,

RELIQVA,

DOMINO SVO SVBMISSE COLENDO

S. P. D.

CLIENS PERPETVVM DEVOTISSIMVS

IOANNES DANIEL SCHADE.



Uanquam mores Germano-
rum ab antiquorum Roma-
norum moribus in multis
fuerint diuersissimi; in eo
tamen, quod Viros de re-
publica bene merentes debito honoris
cultu nunquam non fuerint profecuti, u-
trinque conspirant, amicissime. Ego pro-
inde, morum antiquorum tenacissimus,
me non erraturum putavi, si Dissertationi
huic Inaugurali, qua differentiae iuris
Romani a Germanorum legibus, quoad
dotem mariti, exponuntur, splendidissi-
mum nomen tuum, ILLVSTRIS AC GENEROSI-
ME DOMINE, praefigerem, hoc ipso autem &
deuotissimum mentis meae affectum, quo
praeclearissima tua in rempublicam merita
prosequi soleo, exponerem, morumque
tam Romanorum, quam Germanorum,
in colendis uiris illustribus usitatorum,
suauissimam docerem consonantiam. Me-
mini praeterea Academiam fuisse, quae
mihi occasionem dedit TIBI primum inno-
tescendi, animique tui dotes, nae diuinas!
inten-

interna quadam mentis deueneratione ad-
mirandi. Quid igitur mirum, si id ipsum,
quod haectenus alta mente repositum man-
sit, nunc publice & in speciminis academi-
ci frontispicio profiteri satago? Equidem
bene noui, quod uirtus tua me non opus
habeat praecone, quippe cuius laudes uni-
uersa *REGIS POLONIAE POTENTISSIMI*
curia, cum tota nostra patria abunde de-
cantat, *TEQUE PERILLVSTRIS PARENTIS* tui,
cuius singularem in exaudiendo patien-
tiam, circumspectam in consultando sa-
pientiam, & exquisitam in decernendo
prudentiam, omnes admirantur & col-
laudant, uestigia diligenter premere, &
ita *sobolem tanto parente dignissimam* exhibere, in-
tuetur & approbat, indeque *TIBI illustrique*
Familiae tuae eximia prouentura incremen-
ta ominatur; Patieris tamen, *GENEROSISSI-*
ME DOMINE, ut ipse ego, cui per aliquot
annos causas apud Dresdenses orare, & uir-
tutum tuarum, quibus *PERILLVSTREM PA-*
RENTEM, de Patria nostra immortaliter me-
rentem, studiose aemularis, spectatorem
age-

agere concessum, eximia plane humanita-
tis tuae, nec non exactissimae prudentiae,
& indefessae industriae, qua commodis pa-
triae promovendis diligenter inuigilas, te-
stem ocularem me exhibeam; nec graue
TIBI fuerit, hic typis expressum legere,
quod multis abhinc annis de praeclaris
animi tui donis quilibet aequus rerum ae-
stimator praesagire potuit, iamque euen-
tum uoto respondisse publicum laetatur
& applaudit. Accipe igitur hanc dedicati-
onem in certissimam animi TIBI deuotissi-
mi testeram, & conatum meum aequi bo-
nique consule, clientumque tuorum fide-
lissimum patrocínio tuo posthac perpetu-
um perfrui gratiose concede. Sic futurum
est, ut & hac ratione iucundissimam mo-
rum Germanorum & Romanorum har-
moniam, in fouendis clientibus receptam,
tuo exemplo, magis confirmes, illustrisque
nominis tui fulgidissimum Sydus, gratiosae
humanitatis exercitio, adhuc indies lucu-
lentiore splendore mirabiliter adaugeas.
Vale. Scrib. Halae Magdeb. d. VII. Nou.
an. MDCCXXI.

Differentiae iuris
Romani & Germanici
IN
DO TE
MARITI,
VVLGO
MORGENGABA
ATQVE
DOTALITIO.

DIFFERENTIA I.

Nam maritus uxori adferat dotem?

R*omano iure maritus accepit dotem* A marito
nulla dos
I R.
ab uxore, non dedit ei. Quoniam, praemii loco, fuerat obonus rei domesticae & familiaris, quod solus tulerat sustinueratque maritus (a). In alia omnia ire solent *inra Ger-* I G. primo
nulla dos
ab uxore.
manica. Principio TACITVS (b) ait: dotem non uxor marito; sed uxori maritus offert. Deinde in Germanicis legibus uetustissimis DOS morgengaba uel morganatica audit.

A

Et

Et hæc illa *dos* est, quæ a marito uxori offertur, non quam uxor tradit marito. De *dote uxoris* igitur silent legislatores Germani. Vnde frustra sunt iureconfulti, qui *matutinum donum*, die *morgengab*, tantum accipere uolunt de quibusdam *munusculis nuptialibus*, cum certum sit, *dotis* indolem & magnitudinem *morgengabam* habuisse, imo dotis fuisse synonymum (c). Quoniam Germani uoluerunt, ut maritus uxorem *dotaret* ditaretque, non uxor maritum (d). Deinde uero etiam mulieri, opibus instructæ, lex scripta offerendæ, iuxta maritum, dotis, ut adeo utriusque coniugis hic eadem uideretur habereturque obligatio. Ex hoc igitur instituto est factum, ut bona mulieris, marito oblata, dicerentur, genere loquendi Romano, *dos*: contra *mariti opes*, uxori destinatae, ad remunerandam & compensandam dotem,

Nam morgengaba ex peckanda a marito.

Postea doti uxoriæ a marito promissa antidos.

tem, nouo adpellarentur nomine DOTALITII. Vti enim *sponsalia* munera etiam *sponsalitia* dicta: ita etiam *dotalia* adpellata *dotalitia*. Germanice *gegenuermaecht-nius, widerlage*, quasi *antidos* aut *dotis antidogov*. Nam solet *doti antidos* illa seu *dotalitium* aequari (e). Sed uero graue Germanis, auita aut immobilia bona extra familiam & gentem alienari: igitur illud, inter homines illustres, moribus est introductum, ne mortuo marito, ab uxore uel repeteretur illata *dos*, uel *fors* promissi *dotalitii*: sed, utriusque loco, uxor acciperet ad dies uitae *uifuras* uel *duplas*, uel *quadruplas*; *fors* uero utriusque ita extingueretur (f). Alibi locorum reddita *dos*, cum quodam *accessu*, quem uerbo adpellarunt *meliorationis*, *der uerbesserung* (g). Licet negari nequeat, prouincialium legum uarietatem hic esse multiplicem

Alias enim dotalitium.

gegenuermae hmiß seu anti-pherna.

Quod a forte degenerauit in uifuras.

Nunc duplas, iterum quadruplas.

Alibi redditur dos cum accessu der uerbesserung.

His tenebris opus luce.

A 2

& ma-

& magnam rerum iuriumque Germanici & Romani perturbationem, nostro lumine, quod dedimus, omnino deuitandam (h).

I. R. maritus
qui non do-
tauerit uxori
rem?

(a) Alibi iam est dictum probatumque a DN. PRAES. quod iure Romano *dos* uenerit a sola muliere, non autem a uiro. Et, ne quis existimet, *uirum* alio nomine forte *uxori*, dotis causa, satisfecisse, etiam illud ostensum, quod *donatio propter nuptias* non facta sit uxori, ut haberet aliquod *dotis praemium* aut compensationem. Securitatis ergo tantummodo conuenta haec fuerat, ut, si dos perdita uel amissa, mortuo marito, uxor uindicaret sibi id, quod propter nuptias ipsi fuerat constitutum & in hunc casum ueluti donatum DN. PRAES. in *differentia iuris in dote VI. p. 18.* Vnde autem tam sinistra foeminis Romanis fortuna? quod iure dare tenerentur uiris, acciperent ab illis nihil? Scilicet *primo* in Latio foeminarum diuitiae admodum exosae L. Voconia, quam docto & amplo commentario illustrauit humanissimus PERIZONIUS. *Deinde* solus uir I. R. tulerat impensas & onera rerum familiarium. Vxores indullerant otio, DN. PRAES. in *vis differentia III. in SCto Velleiano.* Vtrumque ex aduerso fieri solet in patria.

Dotem maritus
debet iuri-
bus

- 1) Germaniae.
- 2) Graeciae.
- 3) Chinae.
- 4) Angliae.

(b) Locus in TACITI *c. 18. de M. G.* admodum est uulgaris. De Graecorum interditiis: *ne ab uxore exigeretur dos*, LL. Solonis & Lycurgi, egerunt PETITVS de LL. *Atticis lib. III. tit. 3.* PERIZONIUS ad L. *Voconiam p. 87. sq.* Nouissime de *Chinensibus* pariter est testatum, quod eorum institutis non uxor adferat dotem uiro: sed uir uxori. Sed haec paulo forte remotiora loca. Vicinum magis, quod de moribus Angliae commemorant Britannici iuris inter-

interpretes DN. PRAES. in diff. II. de dote litt. d. p. 6. De SVE-
 CIS idem adfirmat STIERNHOOCK iuris Suec. lib. II. c. 1. his
 uerbis: *Dotem*, inquit Tacitus, non uxor marito; sed uxori ^{f) Sueciae.}
 maritus adfert. Sic olim & apud Sueones fuit, etiam hodie,
 & de more, & iure communi. LEGE enim cautum non est, ut
 uxor uiro; sed uir uxori dotem adferat, quod MORGENGA-
 VIVM nuncupant. Et, caue, existimes, hoc uirtuti & a-
 mori dandum fuisse mariti noui, non legi. Recte enim
 LOCCENIVS in Synopsi iuris Suec. differt. VII. membr. 2. §. 6. p.
 173. addit: *Causa MORGENGAVAE est LEGIS praescriptum.*
 Non ergo id positum in arbitrio sponsi. da soll er ihr eine mor-
 gengäfw gifwa i. e. Tum debet ei donum matutinale.

DE
MORGENGABA
 SIGILLATIM.

(c) Multiplices sunt errores iique grauisimi, in ^{DOS mariti}
 quibus haerere solent patriae iureconfulti in doctrina de ^{morgengab.}
dote mariti siue *morgengaba*. Principio in nomine frustra
 haerent. Putant enim nomen, *morgen*, requirendum es-
 se a *marginē*, *marca*, agrorum iugeribus (*acker morgen*),
 quasi huius doni conuentio facta fuisset in publicis cam-
 pis, ubi conuentus Germanorum instituti, interprete b.
 m. L. B. de COCCHEIS de L. Morganatica sect. 2. §. 8. 9.

§. 2. Verum enim uero clare patet, non aliam uerbi ^{Etymologia}
 etymologiam, quam *donum temporis matutini*. Nam *ma-* ^{non a marca,}
ne in omnibus fere linguis septemtrionalibus dicitur ^{sed a mane}
morgen. De SUECIS *morgengäfw* c. 6. 9. giffi LL. donum ^{morgen.}
 matutinum, LOCCENIVS in Lexico iuris Suecici p. 108. De
 NORWEGIS & DANIS Perr. Ioan. RESENIUS ad Eddam Sae-
 mundi p. 17. *morgun*, matutinum tempus, a *morgun* cras. A-
 lias *myrger* hanc uocem scripsisse. Inde hanc mariti dotem,
 uxori adferendam, uerbatim reddit *donum matutinum* Gre-
 gorius TYRONENSIS lib. IX. c. 20. *morgengaba*, hoc est, ma-

tutinali dono. Demum, quoniam *morgengabam*, id est, *dotem* a marito accepit uxor nonnisi post concubitum, qui nuptias facit I. G. non uti consensus I. R. DN. PRAES. *differentia XI. in dote p. 30.* etiam causa nominis adparet, cum exigenda fuisset ante una nox, quam altero *mandertag*, quod soluta postridie, quando ex thalamo surrexerant *LOCCENIVS in iure Saec. dissert. VII. membr. 2. §. 1. p. 171.* Quis igitur dubitauerit de ueritate huius etymologiae? Accedit, quod Germanis nihil noui alias, instituta & LL. suas a matutino tempore adpellare *morgensprach*. Quoniam uespertina tempora actibus eius generis, ob ebrietatis pericula, quibus immerfi Germani, tantum non indigna crediderunt. Recte decreta & Seta Coloniae, Breae, Lubecae audiunt hodieque *morgensprach*, interprete *CYLMANNO tom. 1. part. I. tit. 3. p. 161.* *MEVIO ad Lubec. Stat. part. IV. tit. 13. art. 3.* Quid mirum? Etiam apud Anglos *Morgespeche* est lex Regis. Nam fieri potuit, ut *SPELMANNVS* omitteret in hoc uerbo litteram *r.* ut esset, in uernacula, *morgespreche, morgensprechen.*

Morganatica
dos morgenda
de §. 6. morgandica,

§. 3. Alio nomine *dos* haec, danda uxori, audit *morganatica* siue *morgandica*. Puto enim uerbum *gab* tum fuisse omissum. Vti saepe auctores uoce *matutini* aut *matutinalis* intelligunt uel *matutinalia sacra*, uel *matutinalem dotem*. Nam si adglutines uoculam *gab*, tum *morgengabica* dicenda, quae cum *morgenatico* ultimas litteras non habet communes. Dubito enim de fide codicis, ubi 2. F. 29. *morganaticae* loco *morgengabica* scriptum, ad quem prouocat *Schenck L. B. a TAVTENBERG h. l.* Quod illustrem quondam uirum *L. B. de EOCCEIIS de L. Morganatica sect. 2. §. 1. 2.* egit in transuersum, ut de alio etymo cogitaret, cum opinabile non sit, *morgengabicam* Longobardos in *morganaticam*, confusis litterarum cle-

Non autem
morgengabica,

elementis detorſiſſe. Quod tamen ſibi aliisque perſua-
dere uoluerunt iureconſulti omnes in iisque STRAVCHIVS
iur. publ. tit. 32. §. 5. & STRVVIVS iur. feud. lib. 9. §. 4.

§. 4. Grauior eſt error, iterum, niſi omnibus iure-
conſultis, plerisque certe communiffimus: quo opinan-
tur; morgengabam non tam dotem fuiſſe, quam ornamenta
muliebria, ueſtes, gemmas, aurum, cetera. Imo hoc
ipſo & a dote diſtinctam morgengabam & a dotalicio: quod
utrūque abſoluerit pecuniam aut praedium, unde lu-
cra & reditus annui, contra morgengaba adferat uxori mu-
liebria crepundia & iocalia Myler ab EHRENBACH gamo-
log. c. 15. §. 1. 2. Tam altas radices egit hic error, ut ho-
dieque omnino morgengaba in ultimis conſtitui moribus
ſoleat: non in primis.

§. 5. Aliter omnino ex indole iuris patrii: in quo
morgengaba dotem ſignificat, uxori a marito offerendam. Pro-
bant inferioris aevi idonea & plenae fidei instrumenta. His enim uerbis dota-
les tabulas recitat & exhibet Luc. ACHERIVS ſpicileg. tom. XII. n. 36. p. 155. ad annum 1048. Ego
VDEBRANDVS Longobardus per hoc ſcriptum MORGINCAP
dono & trado tibi, INGAE, dilectae coniugi meae, integram
QVARTAM MEAM portionem de omnibus rebus proprietatis
meae & de mobilia mea, quantum modo habeo & in antea con-
quirere potuero infra territorium Pinnenſe, de caſis & ca-
ſarmis, terris, uineis, campis, pratiſ, paſcuis, ſyluis, cum ri-
pis, aquis & riuis aquarum, cultis & incultis &c. SECVN-
DVM RITVM GENTIS NOSTRAE LONGOBARDORVM.
Et hanc paginam ante parentes & amicos noſtros oſtendas, &
ſcriptum, a teſtibus roboratum. Ut dicant: quia, ecce, quod
CONIUGI MEAE MORGINCAP dedi, & in futurum pro hac
cauſa percurrat. Quam uero, a ſupra ſcripto rogatus, ſcri-
pſi ego ATO, notarius & iudex. ab incarnatione DN. IESV
CHRIST anno CIOXLVIII. indictione I. Actum in PINNO
feli-

Error, quod
morgengab
conſiſt at in
muliebribus
ornamentis.

Cum dotis i-
plius ſit quo-
nyrum con-
ſtituae in
laſiſundis.
Quod conſtat
ex tabulis
dotalibus 1048

feliciter. Petrus & Ioannes testes. Plura sunt, quae diploma hoc docere potest Germaniae iureconsultos. *Primo morgengabam esse dotem a marito oblatam uxori. Deinde eandem non absolui crepundiis muliebribus, sed latifundiis. Porro esse morgengabam quartam partem bonorum mariti. Praeterea dotem uxori offerendam, licet indotatae. Demum omnia uera esse per iura & consuetudines Longobardorum.* Aliud eiusdem argumenti diploma habet FRESNEVS in glossario h. u. anno 1044. conceptum, quod facile potest euolui. Quorsum etiam pertinet illa ARGENTORATENSIS narratio: cui sorori dominium de Kyburg morgantico iure (morgengaba) donauit.

2) glossaria.

§. 6. Conueniunt nostrae sententiae GLOSSARIA mediae aetatis. Glossarium Saxonicum AELFERICI: *dos, morgengaba.* PAPIAS in suo uocabulario: *MORGINCAP est quarta bonorum pars in L. Longobardorum.* Quem laudat BALZIVS tom. 2. p. 993. Et libellus morgengabae est libellus dotis, uti ex tabulario Casauriensi descripsit GALLANDIVS de Franco alodio p. 323, & BALZIVS in adpendice ad capitularia n. 147. p. 1550.

3) legibus.

§. 7. Maiorem hic auctoritatem merentur LEGES ipsae, quae docent idem, morgengabam esse dotem. LEX KANVTI Angl. regis XCIX. est haec: *Si uidua intra unius anni spatium secundo marito se ligauerit perdat MORGAGIFAM (morgengabam) suam & omnem pecuniam, quam ex priore marito habuit.* Exhibet Kanuti LL. Ioan. BROMTON in chronico p. 930. Concinunt his illae, quae nobis magis uicinae. BVRGVNDICA lex XLII. est haec: *de MORGENGABA uero permaneat. Nam si uxor substituerit in uidiuitate, post annum habeat liberam nubendi potestatem. Et tertiam substantiae partem dimittat.* Lex ALEMANNICA LVI. his uerbis concepta: *Si autem ipsa foemina dixerit; maritus meus dedit mihi MORGENGABA: tunc liceat mulieri iurare per*
pectus

pectus suum. Hoc Alemanni dicunt NASTAID. Quod forte idem quam *nachstattung*. Nam *dos* a patribus forte data, nuncupata *ausstattung*; a marito *dos* matutinalis *nachstattung*, uti *nachsteuer*. Aliter *Lindenbrogius*, qui *aid* iuramentum reddit, sed *nast* dicit se ignorare. Lex RIPUARIORVM XXXVII. §. 2. ita disponit: Si uxor uirum *superuixerit*, L. solidos in DOTE^m recipiat & TERTIAM partem de omni re, quam simul conlaborauerint (in communi ac quaestu) uel quidquid ei in morgengaba traditum fuerat. Quas etiam LL. capitularibus suis inseruit p. 37. 72. BALVZIVS. Ampliores sunt LONGOBARDORVM leges in morgengaba. Lib. I. tit. 9. §. 12. ita cautum: Si maritus uxorem suam occiderit, habeant filii MORGINGAP (dotem a marito oblatam matutinalem) & FADERPHIVM suae matris. Vbi *faderphium* forte idem, quam paterna hereditas, *das faderliche erpbe*. Tuetur meam coniecturam lib. II. tit. 1. §. 4. quae est haec: Mortuo marito habeat mulier MORGENGAB (dotem a marito acceptam) &, quod de parentibus ejus adduxerit, id est, PHADERFIVM. Et §. 8. Siquis matrimonium uoluerit ancillam, faciat liberam per MORGENGAB. Tunc intelligitur esse libera (quia dotata) & filii ex ea nati legitimi heredes. Praeterea Tit. 4. §. 1. Si quis Longobardus MORGENGAB dare uoluerit coniugi suae: non sit amplius, nisi quarta pars de eius substantia, qui ipsum morgengab dedit. Infra tamen poterit dare. In §. 4. MORGENGABAE & METAE fit mentio, si quidem maritus uxori daret usumfructum bonorum, quod significatum uerbo *mieh* aut *metae*. TIT. XII. §. 1. Si uxor, mortuo marito, in eius casa noluerit permanere: tunc illa absque morgengaba reuertatur ad parentes. Ex aduerso TIT. XIV. §. 15. praecipitur: Si uxor, mortuo marito, relinquere uelit casam mariti & ad patrem reuerti: MORGENGABAM & METHIVM habeat sibi: FADERFIVM autem conferat, patre mortuo.

Alemannica.

Ripuariorum

Longobardorum.

Gregorii Tu-
ronensis, locus
docem non di-
stinguit a
morgengaba.

§. 8 Sed tamen illud urgere uidetur SOMNERVS in u.
morgengab: quod tamen Gregorius TVRONENSIS lib. IX. c. 20.
testatissimo loco, quem etiam inter formulas dotales
BALVZIVS refert in *capitularibus*, uideatur *morgengabam* a
dote claris uerbis distinguere ac seiuungere. His quidem
uerbis: *De ciuitatibus, quas Galesuinda tam in dote, quam
in morgengiba, h. e. matutinali dono, in Franciam uenien-
tem certum est, acquisuisse, partim retineat, partim red-
dat. Duo igitur hic acquirendi urbes tituli proponun-
tur, primum dote; deinde morgengaba. LINDENBROGIUS in
LL. antiquis & SPELMANNVS in gloss. h. u. pro matutinali do-
no, legunt matutinali dote. Sed cuius membranae au-
thoritate id faciant, non produnt. De eo certus sum,
potuisse quidem duplicem dotem habere Galesuindam.
Vnam ab alio uel profectiuam uel aduentitiam; alteram a ma-
rito, post concubitum, altero die matutinalem. Nam ante
concubitum Francico iure neque nuptiae fuerant neque
nuptialia lucra, DN. PRAES. de dote differ. XI. p. 33. Accedit,
quod *morgengaba* hic loci in ciuitatibus consistat, non in
muliebribus crepundiis, ut adeo haud dubie nomen me-
reatur dotis, licet paternae aut aduentitiae doti hic loci
opposita esse uideatur. Mutus est hic ALTESERRA in lu-
culento ad Gregorium commentario, quia scrupulum non
uidit.*

Morgengaba
non est iudici-
um imparis
fortis conu-
bii, misheu-
rath.

Nona expli-
catio 2 F. 29.

§. 9. Illud quoque requirendum & respondendum
est: qui morganicum connubium audiat *morgengabicum*, ei-
ne Heurath zur lincken Hand? Quod si enim etiam matro-
nae a suis uiris acceperunt *morgengabam* aut *morgendicam*:
haec certe frustra iudicium esse debet matrimonii im-
paris fortis, paulo alieni a concubinato. Ita uero uer-
ba habentur 2. F. 29. *Quidam, habens filium ex nobili con-
iuge, post mortem eius, aliam, minus nobilem, duxit. Ea
lege, ut nec ipsa, nec filii eius amplius habeant de bonis pa-
tris.*

tris, quam dixerit tempore sponsaliorum. Quod Mediolanenses dicunt accipere uxorem ad MORGANATICAM, alibi lege SALICA. Quid igitur? num morgengaba aut morgentica minuet uxoris dignitatem, eritque digna tantummodo uxore ignobili? Salua res est. Nam morgengabam accipere, non est indignum: sed hac sola acquiescere, neque mariti uel nomine gaudere uel dignitate. Ad ultimum hoc non peruenit imparis fortis uxor. Idque fit lege Salica. Quae iubet eam sola dote aut morgentica acquiescere. Plura DN. PRAES. de hoc decreto clientelari in opusc. misc. tom. I. lib. 3. op. 5. p. 1169.

§. 10. Praeterea etiam illi errant, qui statim post conuiuium nuptiale aut durante eo, a marito praestitam fuisse morgengabam contendunt, ante concubitum. Imo, ut alii, ante conuiuium nuptiale in sponsalibus VOSSIVS de iurib. foem. singularibus decad. 7. p. 197. qui eandem ideo cum sponsalitia largitate confundunt ac commiscent. Verum enimuero, cum certi esse possimus ex illis, quae haecenus dixi; morgengabam dotem fuisse, a marito oblatam uxori: hanc autem ante nihil lucratam esse a marito, nisi perfecto matrimonio, quod contigit demum concubitu: igitur dubitare non licet, morgengabam demum praestitam uxori altero, post concubitum, die. Et cum bonorum mariti aliquam partem uoluerit morgengaba: quis non intelligit, eandem a sponsalitia arrha aut largitate longissime abesse.

§. 11. Sed obmouent ita leges Latii, per quas fieri non potuerit inter coniuges donatio, adeoque neque morgengaba; quod haec non sponsae oblata; sed uxori. NICOL. HENELIVS de dotalib. c. 7. historiam habet explosi ideo in foro iureconsulti doctoris, quod audeat, peregrinis Latii legibus suppressere consuetudines, quarum in patria flos

Morgengaba,
post concubi-
tum praestita,
non ante.

Morgengaba
licita, quam-
uis donatio
inter coniuges.

flos & uigor. Sed donationes uniuersim etiam inter coniuges fieri posse, neque ad solam *morgengabam* hanc libertatem adstringendam, docuit DN. PRAES, ad *Scr. Velleian. part. 1. differ. VI. p. 57. 58.*

Gerrae, praetium uirginitatis esse morgengabam?

§. 12. Sordes doctorum ac interpretum sunt, non patrii iuris, quod *morgengaba* danda sit ob *delibatam uirginitatem*; quod hanc maritus non debeat *uiduae defloratae*; debeat tamen sponsae alterius, quem mors praenuerit; debeat *morgengabam* uidua potius adolescenti, qui mulierem nondum cognouerit & quae eius furfuris quaestiones & gerrae sunt generis eiusdem. In quibus colligendis strenuam operam nauauit Myler ab EHRENBACH *gamologias cap. 16. 17.* Tantum enim abest, *morgengabam* respexisse ad haec: quantum abest, cum his ipsam *dotem* aliquid commune habuisse. Ut pudeat iureconsultos senes, his nugis, de quibus nemo legislatorum aliquid somniauit, sensus iuuenum titillare.

Est morgengaba dos mariti.

§. 13. Definitio itaque, uetustiori iurisprudentiali Germanorum concinna, est haec: *Morgengaba* est dos, a marito uxori offerenda. *Dotem* esse *morgengabam*, ostensum est haecenus, auctoritate Taciti, legum, testiumque ueterum iuris patrii. Si requisieris *morgengabae* finem, a maioribus nostris propositum: illud addi debet: quo uxor, olim uidua, habeat, unde uiuere queat, dignitati suae congruenter conuenienterque. Vnde *morgengaba*, uiduarum intuitu, dicitur *wittum*, *uidualitium*; dicitur etiam ab usu fructuque ad dies uitae habendo *uitalitium*; imo etiam cultu *uictuque*, quem respicit, *uictalitium* potest adpellari.

Vvittum. uidualitium. uitalitium

uictalitium.

Homonyma morgengabae

arbitra.

§. 14. In aliis synonymis, quae congerere solent & commiscere inuicem, cautum esse oportet iureconsultum, ne confundat distinguenda. Nam, licet de *las arras* Hispanos & Lusitanos *morgengabam* adpellare scribant,

bant, interprete Hen. VALASCO tom. 1. consult. 2. n. 7. putaverim tamen hoc uerbum illis quondam magis sponsalitiis arrhas, was auff die ebe gegeben wird, respexisse, quam mariti dotem, morgengabam. Ex Cataloniae regno scrieix sponfalitium pariter huc trahunt FONTANELLA de pact. dotal. claus. 4. gloss. 2. n. 1. atque ex Arragoniae regno excrex firmam dotis Lud. CASANATE conf. 54. n. 53. quod es greix in Sardiniae tribunalibus CALARITANVS decis. VIII. n. 1. Verum de primo idem, de alteris hoc sentio, quod morgengaba sine intuitu alicuius dotis, quam uxor adferat, sit: quam excrex uox respicere uidetur. Dotarium, doarium, doerium Siciliae iuris MASTRILLVS lib. 1. decis. 73. n. 13. atque Francici CHOPPINVS de moribus Paris. lib. 2. tit. 2. n. 7. pariter hoc uelle uidetur, ut probant HENELIVS de dotal. cap. 1. §. 8. & EHRENBACH in gamologia c. 15. §. 4. Inde clarius Sabaudi uocant augmentum dotis THESAURVS lib. 2. decis. 99. forens. 9. Ant. FABER in C. de donat. ante nupt. def. 3. n. 1. Ant. MATTHAEI in obseruat. 1. de communione bonorum n. 80. §. 82. 83. fed ita his nominibus parum aut nihil commune cum morgengaba, illa dote, a marito praestanda. Quod ideo debet moneri; ne mariti in hoc genere largitionis, praeter rem, incusentur, inter nimium & parum facinoris admissi. Scilicet si morgengaba loco dotis mariti aut ab eodem uitalitii praestandi: tum summa eius aequare debet impensas uitae & fortunae, uiduae congruentes. Si uero morgengaba uel sponsalitia largitas, uel munus nuptiale, tum iocalia sufficient in rebus pretii muliebris. Demum si dotem ab ipsa uxore illatam respicit, quod frustra sibi persuadent MYNSINGER dec. 5. resp. 43. n. 24. RVDINGER in lib. 3. obseru. 67. ab eius quantitate parum aut nihil deber abesse. Sed duo ultimi sensus a patrio iure longe absunt, quod dictum doctumque. Verum hos effinxere haud dubie iuris interpre-

tes, partim, quod *dos mariti* ipsis uideretur paradoxa: partim, quod Romani & Graeci habuerint sua primae noctis praemia & munuscula nuptialia, ἐνάυλια & ἀναυλά-
 λυζήρια, in quibus multi sunt Scipio GENTILIS de donat. in-
 ter uir. & ux. lib. I. c. 1. & lib. II. c. 25. CYPRAEVS de connub. c.
 13. taceo scriptores eroticos.

SPECULATO-
 RVM iuris sen-
 tentiae de
 MORGENGABA

I.) Saxonicis,
 ubi a) mor-
 gengab,
 b) mufstheil
 c) gerade.

§. 15. Quid uero de Sueuo & Saxone speculatoribus? Principio uerba eorundem recitabimus per epitomen-
 tum etiam de iuris inquiremus sensu & ratione. SACHS.
 LANDR. lib. I. c. 24. nach dem Heergewett, soll das Weib neh-
 men ihr MORGENGAB. Quid autem sub hoc uerbo re-
 rum? Addit speculator: da gehören zu alle Feld-pferde,
 Rinder, Ziegen und Schwein, die vor den Hirten geben. Vnd
 gezieret Zimmer. Quae ultima uerba interpres reddit:
 Similiter sepes & carpentata aedificia. Hodieque Zimmer-
 boltz dicimus ligna, extruendis aedificiis destinata &
 praeparata a fabro; sed nondum erecta ac iuncta inui-
 cem nexu aedificii. Idem repetitur lib. I. c. 20. Utrobi-
 que altero loco adsignantur uxori esculenta MVSTHEIL,
 quia MYS, Zugemüß Germanis cibaria & esculenta (*).
 Tertium GERADA, id est, iocalia, uestes, clenodiae, fu-
 pellex. Additur lib. III. c. 38. Vxori, uiuo marito, nihil
 horum deberi: sed demum hoc mortuo. MVSTHEIL
 no. h MORGENGAB vererbet kein Weib, bey ihres Mannes
 II.) Suenici. leben. Idem fere iisdem uerbis habet SPECVLATOR
 SUEVICVS cap. 297. Ein Mann von ritterlicher art mag seinen
 Weib zur MORGENGAB, ohn seiner Erben urlaub (quia
 nemo potuit, sine consensu propinquorum, bona, prae-
 fertim auita & immobilia, alienare DN. PRAES. de donation.
 diff. 3. cap. 6. §. 4.) geben deß morgens an Ihrem Bett, dilucu-

(*) Turpiter se hic dat CARPZOVIVS in
 dissertat. de iurib. foemin. dec. VII. post 2. n. 4.
 s. MVSTHEIL dicitur, quia capere non potest

uidua, sed diuidere debet cum herede, sic MYS-
 THEILEN. Rfium teneatis amici,

lo post

lo post primam noctem) oder ob dem Tisch oder so er zu Tische gehet (unde eror morgengabam solui ante conuiuium nuptiale, uerum alter nuptiarum dies hic intelligendus, non primus) einen Knecht, oder eine Magd und Zeine und Gezimmer ob der erden. Vnd als ihr Mann stirbt, soll sie das erdreich raumen in sechs Wochen, oder nach dem dreysigsten. Vnd soll sie raumen, daß sie nichts verwernde i. e. verlerze, verderbe. Sed auferat, quae de loco moueri queant. Alias soluunt uiduae heredes. Vbi pretium aestimat pro dignitate coniugum. Fürsten und Freyherrn 100. Marck; die Mittel-freyen 10. Marck; die Dienstmann 5. marck. Andre Leut mögen geben das beste Pferd oder Vieh. Ein Kauffmann mag seinem Weib zur Morgengab geben 10. marck, ein Vieh und ein Ross und anders nichts. Ein eigen Mann 5. Schilling. Ein Römischer König was er will, ohne Reichs-gut. Et cap. 298. Es giebt ein Mann sein eigen seinem Weib wohl zum Leibgeding, mit der Erben urlaub. Vnd ist daß ein Mann seines Weibs Morgengab verkauft, die weil sie darauf klaget, man soll ihr recht thun. Der Richter soll ihr die Morgengab wider antworten. Praeterea cap. 299. Gibt ein Mann seinem Weib fahrend Gut zur HEIMSTEVER, das mag er nimmer ohn werden i. e. nunquam alienet. Post cap. 303. Hat ein Fran LEIBGEDING an eigen oder leben, so sie stirbet, das erbet nicht ihr nechster mag. Das eigen wird ihres MANNES nechsten magen ledig, und das leben dem HERRN. Mirum est & uere pudendum, quam se hic torqueant & flectant in multiformes ac multiplices partes iureconfulti Saxonici. Sunt, qui morgengabam habent pro donatione propter nuptias aut dotatio; sunt, qui eam nomine adpellant sponsalitiaie largitatis; sunt, qui abeunt ab utrisque. In quarum sententiarum diuortiis legendi Harim. PISTORIS part. I. qu. 44. n. 1. 2. COLERVS part. I. decis. 60. n. 62. ROTSCHIZ de dotal. art. 17. ad eumque

Commixtio
morgengabae
cum iuribus
aliis.

discrimina
1) morgengabae.

2) mustheil.

3) geradas.

MORGENGABAE conuersio in iocalia.

Causa I. R. dos mulieris.

Inde antidos mariti.

Dotalitium.

Et tertium morgengabae.

que Iac. Schultzius. MOLLER lib. 2. semestr. 43. Meo autem iudicio Saxonica & Sueuica hic iura, quantis etiam officiis illa consperferint calamo suo speculatores, cum illis, quae supra ostendi, optime congruunt. Nam *morgengaba* hic dos est, a marito praestanda uxori, sine ullo muliebris dotis intuitu. Quo ipso a dotalitio diffat. Consensu autem propinquorum propterea est opus, quia nefas est alias, alienare bona auita. Ergo *morgengaba* id respicit, ut habeat uidua, unde, mortuo marito, uiuat. Differt ab hoc ius cibarii *das MUSTHEIL*. Quoniam talia debentur uiduae, ut fociae laborum & curarum familiarium. Demum *GERADAE* fauor est tantummodo in iocalibus & supellestili. Ne uidua destitueretur omnis munditiae muliebris adparatu.

§. 16. Igitur ad tempora usque utriusque speculatoris *MORGENGABA* fuit *dos a marito dicta uxori*. Qui uero factum sit, ut *morgengaba* uerteretur in *munuscula nuptialia* seu *iocalia*, illud quidem debet indicari. Scilicet ex quo in Latii iura iuimus, cogendo filiarum parentes ad constituendam illis *dotem*, moribus patriae relictae, secundum quos uir offerre debuit *dotem*, non uxor: tum opus esse uidebatur *dotis remuneratione*. Noluerunt iurisperiti hanc nomine adpellare *morgengabae*, quoniam *morgengaba* gratis data mulieri, non ob illatam *dotem*. Igitur dixerunt nunc *donationem propter nuptias*; nunc *donationem propter dotem*; iterum *dotalitium*; *doarium*, cetera. Verum ne uel ita mulieres & *dote* paterna instructae & *dotalitio* mariti *der gegenvermächtniß*, *morgengabae* commodo uiderentur carere: in sexus fauorem *tertium* lucrum est effectum & additum prioribus, ut iam nunc *morgengabae* nomine non aliqua *dos* constitueretur, quam maritus iam dixerat nomine *dotalitii*. *der gegenvermächtniß*; sed hoc uerbo uenirent tantummodo

ioca-

iocalia uel monialia illa, uascula argentea, *gemmae* & *clendiae*. Nonnunquam etiam aliqua pecuniae summa, quam uxor praecipui loco haberet ad comparandum muliebria crepundia ac ornamenta. Atque his moribus utimur etiam nunc. *Morgengabae* igitur significatu ita conuerso in *muliebres nugae*, quas Plautus dixit, si quando accidit, ut sponsa paterna dote careret & nihilominus marito esset curandum, ut olim uiduae ea essent, quae faciunt ad uictum & cultum: haec mariti largitio porro dici potuit neque *morgengaba*, quae tantummodo *iocalium* crepundiorum; neque etiam *dotalitium*, quod respexit muliebrem dotem; neque *dos*, quae iam non uiri, sed mulieris: nouo igitur nomine opus fuerat in iurisprudencia ita conuersa & perturbata, unde audiit talis donatio nunc *uitalitium*, nunc *uictalitium*, nunc *uidualitium*, *Leibzucht*, *lyfzucht*, *Wittum*, *Wittumstz*, cetera. Et quem admodum *dote* a marito aut *dotalitio* constituto, porro non opus fuerat *uidualitio*: ita tamen, hoc semel introducto, etiam hoc *quarto* loco datum mulieri. Ut, si iam numerare liceat mulieris *nuptiales opes*, illae nouissimis temporibus admodum adauctae a maritis ex multiplicibus causis aut caufarum inanibus tegumentis. *Principio* ad fauorem futurae sponsae conciliandum mitti eisdem solent ceu speratae munuscula uarii generis, in uernacula, *sie hätte schon praesenten angenommen*; tum, si sponsa pacta est, addi his iterum solent noua munera, quae facere debent ad muliebria ornamenta, instar sponsalitiaie largitatis *Brautgeschencke*; in ipsis sponsalibus annulus multipretii dandus; ante nuptias, nouo profusionis genere nuptialia dona adsignantur, nostri acui institutis *collare eum cruce*, quod utrumque distinctum esse debet gemmis; succedunt altero, post nuptias, die, *iocalia* & *uestimenta*, *das brautstück*, *brautkleid*, cetera. Horum omni-

Et quarto ui-
Et i. ium.

6) *oblata* praesentem.

6) Brautgeschencke.

7) arrha sponsalitia.

8) *dona nuptialia*.

9) Brautstück.

C

um

um, si iniueris calculos & prima cum ultimis computaueris, nouem generis onera incumbunt misero & his uere adflicto marito ad habendum uxorem. Quid uero si hoc ultra futuri mariti facultates? Nomina ideo dant sponsi argentariis, quae saepius ipsa uxor, post nuptias, suo deinceps aere liberare tenetur uel specie inanium conspicua munera rursus uenum exponere uel habere maritum obrutum aere alieno.

DE
D O T E,
INDOTATAE OFFERENDA.

DOS I. G.
mariti officium.

(d) Illud igitur nunc docendum est, G. I. mariti cuiusuis officium fuisse, *dotare* uxorem, etiam nudam & inopem. Quae lex, licet testatissima sit tot seculorum monumentis: nostris tamen moribus, iure Latii occupatis, ita peregrina est, ut uideatur haec iureconsultis instar portenti.

Patet hoc
a) ex TACITO.

§. 2. Principio TACITI locus *cap. 18. de M. G.* supra nobis fecit hanc fidem. Nam, quae ipse de supellectilis & aliquo pecudum adparatu, ab utrisque consponsis conferendo habet: illa a dote omnino distinguuntur.

b) definitione
morgengabae

§. 3. Deinde cum *morgengaba* definita nobis, *dos a marito uxori offerenda*: omnia etiam illa huc faciunt, quae diximus supra *de morgengaba*. Diximus autem plurimum idque ope plenae fidei monumentorum ac legum connubialium Germaniae plurium populorum.

c) pactis dotalibus *l. 1023.*

§. 4. Addimus nunc *pacta dotalia*, ubi non solum *maritus dotat uxorem*, sponsus sponsam: sed etiam clare dicitur, hoc fieri ex iuris, quo populi Germaniae uicini uiuant, necessitate usuque. Suppeditat nobis eius generis instrumentum *Edmund. MARTENE tom. 1. thesauri a necdotorum ad an. 1023. p. 142.* His autem illud conceptum est

est uerbis: Ego RAINALDVS, comes Senonensis uolo coniungere mihi mulierem, nomine LVVILLAM; sed praecipunt LEGES humanae: SPONSO SPONSAM SVAM EX PROPRIIS DOTARE. Ideoque ego sponsus, ex proprietate mea concedo tibi, sponsae meae, uillas, pagos & quae sequuntur. Haec omnia per hanc donationem dono tibi sponsae meae, ut exinde liberam habeas potestatem faciendi. ACTVM publice. DATA mense Iulio, anno xxxvii. regnante Roberto rege. Alibi apud auctorem eundem diploma occurrit eiusdem argumenti, unde constat, dotem seu morgengabam datam fuisse a marito uxori, nonnisi post nuptias. Habetur illud tom. I. p. 123. his fere uerbis: Ego Richardus o dulcissima sponsa & amantissima coniux Iuditha, comitissa Normanniae a parentibus & propinquis tuis expetiui te & sponsalibus ornamentis desponsaui te. Praeterea, legitima coniunctione expleta, in DOTE TVA dono tibi donatumque perpetuo esse uolo pagos, qui sequuntur. Concedo insuper tibi iure proprio & (ex) familia mea quingentos uiriusque sexus: Et ideo hunc propriae DOTIS LIBELLVM describere iussi & manu propria subterfirmari feci. Alius dotis libellus extat tom. I. p. 667: Ego notum facio, quod Elisabeth uxori meae dedi in DOAIRE omnem terram, quae in hoc loco ad me pertinet. Et sub finem: Haec omnia tenebit Elisabeth en duaire quamdiu in habitu uixerit seculari. Ea autem moriente filii mei, quo semper hoc matri suae tenentur garantire, succedent. Actum 1197. Non ab hoc diuersum, sed plane idem illud est diploma, quod tom. I. p. 1283. habetur. Quod cum Edmundus MARTENE & Vrsinus DURANDVS collectores horum non uiderint: omnino dubitandum est de industria eorumdem & selectu in hoc genere argumenti. Vnum enim instrumentum habere pro diuersis, diuerso etiam tempore conceptis, ueniam non meretur. De EZONE comite Palatino pariter

An. 1008.

An. 1197.

Martene &
Durandi es-
tancia.

An. 1010. scribit monachus BRAUVILLARIENSIS cap. I. §. 7. Praeterea fertur, quod EZO ramusculum arboris eiusdem terrae inuolutum cespite acceperit & cum eodem Brauuilrense praedium & alia proprii iurū plura suae uenerabili sponsae ELISABETHAE in DOTEM tradiderit. Illa dotem hanc suam ecclesiolae donauit S. Medardi. Idemque ramusculus, in boni testimonium facti, longa uiroris gratia incundus permanfit. Plura in ACTIS SS. die XXI. Maii tom. V. p. 51. Apud Luc. ACHERIVM tom. 7. spicileg. p. 204. libellus dotalis est hic: Ego RICHARDVS Normannorum dux accipio te, Adela in coniugem legalis desponsationis annulo, mihi in carnis unitate iungendam. Non uoluptatis causa, sed generandae proles. Concedo tibi iure dotali de rebus proprietatis meae ciuitatem, cetera. Omitto plures allegare nuptiales codicillos, unde constat, dotem obtulisse maritum uxori, non hanc marito.

An. 1026.

LEGES de dote
mariti.

1) Saxonum.

§. 5. Licet superius iam LL. mentio facta, qua uirum oportet dotare uxorem: sunt tamen hic aliqua addenda, instar spicilegii. Antiquissimae SAXONVM legis tit. VII. & VIII. huc omnino facit: Dotis (a marito datae) ratio duplex est. Ostfali & Angrarii uolunt, si foemina filios genuerit, habeat DOTE, quam in nuptiis accepit (a marito), quam diu uiuit, post filios dimittat. Si filii moriantur, capiant proximi. Si filios non habuerit, reuertatur dos ad DANTEM (maritum). De eo, quod uir & mulier conquieserint, mulier mediam portionem accipiat, apud Vestfalos: apud Ostfalos sit contenta DOTE (a marito data). In LL.

2) Gothorum.

WISIGOTHICIS plurimae sunt, quae probant, maritos dotem attulisse uxoribus, non uxores maritis. Sit prima lib. III. const. 4. Cum de dotibus saepe oriatur intentio: decernimus, ut, quicumque sibi uel filio suo poposcerit filiam alterius, non amplius dotis nomine conferat, quam decimam rerum suarum partem. Atque insuper X. pueros (seruos) & X. puellas obtineat & XXX. caballos seu in ornamentis mille solidorum

rum

rum. Quae omnia mulieris: sed, si inestata mortua, ad maritum aut eius propinquos illa redeant. Sed, quod ualde ad rem facit, in eadem hac lege illud additur: quod si ipsa uxor marito adferat dotem, illam tantum etiam pascere posse, a marito, quantum ipsi adferat. Idque ex legibus Romanis, non patriis Wisigothorum. Vnde clare constat, non solum dotem uxoris; sed etiam prolem eius donationem propter nuptias, antidotem & dotalitium non patriis moribus aut iuribus deberi; sed Romanis. Quod magis est, l. 6. h. t. id datur uxoris parenti & propinquis, ut requirant pro filia aut consorore sua dotem a nouo marito. Frustra igitur, meo iudicio, est hic Lindenbrogius, qui perhibet, dotem hic accipi pro dotalitio. Nam ulimum fit intuitu dotis muliebris: non primum. Porro tit. II. lege 8. pretium dotis requirat puellae pater a marito. Quod puella nupserit, patre inuito, indotata a marito, exheres esto. Tum lib. IV. tit. 5. lege 2. ne uxor dotem, a primo marito acceptam, conferat liberis mariti alterius. Lib. 5. tit. 2. lege 4. 5. idem fere repetitur. Idem de FRANCIS dictum probatumque. Huc trahunt CAPITVL. 3) Francorum
lib. VII. §. 179. ubi uerba: Prius in connubiis conueniendus est sacerdos, in cuius parochia nuptiae fieri debent. Et, si licita & honesta omnia inuenerit, tunc per consilium & benedictionem sacerdotis eam sponsare & legitime DOTARE debet. Sed quoniam hoc capitulum respicit uerba Augustini, quae statim post recitat; talis esse debet uxor, quae casta & DOTATA legitime & a parentibus tradita sponso: omnino dubito de mente ultimi, utrum dotem mulieris tribuerit parentibus, secundum iura Latii, an autem nouo marito, secundum barbari aevi mores. Repetuntur uerba Augustini in decretis can. 4. Causa 30. qu. 5. & in Burchardo ac Iuone, sed nihil haec ad nostrum argumentum. Et capitulari eadem uerba sunt: quae habet ISAAC Lingonensis
C 3
epi-

A) Alemanno
rum.

episcopus tit. 5. can. 6. In ALEMANNICIS LL. tit. 9. de dote formula habetur: *Ego dulcissima coniux mea te in coniugium accepi. PROPTEREA DONO TIBI DOTEM* hanc curtem, cetera. Vbi frustra est manus Goldasti, quae addit: *ita uocat* ἀντιφθέρον seu donationem propter nuptias. Nam haec respicit mulieris dotem: non illa, quae mulieri indotatae est dos, lege debita.

FORMVLAE de
dote mariti.

§. 6. Concintunt *legibus & pactis* nuptialibus de dote, a marito offerenda uxori, etiam FORMVLAE antiquae. Et quidem MARCVLFI lib. 2. tit. 9. p. 410. ubi filiis ea lex imponitur, ne uxorem relinquat indotatam atque tit. 15. p. 414. Porro in adpendice auctoris formularum INCERTI TIT. 37. p. 455. TIT. 52. p. 464. Tum in *formulis* editis a SIRMONDO tit. 15. p. 476. ubi prouocatur ad legem Romanam, sed non alia causa, quam intuitu *traditionis*, a marito factae. Demum in LINDENBROGIANIS tit. 75. p. 532. ubi ad legem prouocatur Salicam. Quibus adde, quae habet BIGNONIVS ad cap. 15. Marculfi p. 937. Vbi ostendit, iure Gothorum *decimam*; iure Francorum *tertiam* partem fuisse bonorum mariti, eius dotem nouae uxori offerendam. De eadem *tertia*, quod in Scotia & Angliae quibusdam locis obtinuerit, testatur SPELMANNVS u. *doarium* p. 175. In Galliae quibusdam municipiis *alteram* partem fuisse, perhibet CHOPPINVS de *doman.* lib. 2. tit. 12. §. 6. sed miscet ille *successoria* iura cum dote. De *speculatoribus iuris*, Saxonis & Suesui supra actum in argumento de morgengaba.

DE DOTALITIO

Gegenvermaechtniß,

Propositio de
DOTALITIO.

e) Postquam igitur ex illis, quae haecenus scripsi, satis intelligatur: *iure patrio non obtulisse mulierem marito*
suo

suo dotem; deinde, contra officii mariti fuisse, suam dotare uxorem; post, hoc donationis genus nunc morgengabam auduisse, iterumque dotem mariti: illud etiam nunc docendum ac monstrandum, quomodo factum sit, ut uxores quoque dotes, a parentibus datas, suis maritis patrio iure adferrent atque mariti iterum illam dotem compensarent antidote siue dotalitio.

§. 2. Scilicet dotalitii uox barbara est; haud dubie ^{Dotalitium} efficta, instar uerbi ^{uox noua &} sponsalium. Vti enim Romani ^{barbara.} sponsalia & sponsalium dixerunt & dotalis: ita barbaris placuit etiam dotalitium. Prima uox legitur apud SIDONIVM lib. 7. epist. 2. & passim in LL. sponsalia arrha, largitas, donatio, cetera, licet desideretur uox in auctoribus Latinis. Quod tempore ultima sit nata, illud quidem nolim definire. Quod enim aliqui in catalogo scriptorum CAII, iureconfulti, etiam nominare audeant *librum dotalitiorum* (*): illud quidem a meliora doctis pridem expunctum & huius uerbi barbari loco, restituta uox dotalium, uti habet in eius uita BERTRANDVS. Interim seculo VIII. & IX. dotalitii uox ualde frequens in nuptialibus tabulis & codicillis. Sane in MELDENSI concilio can. 64. & 65. bis occurrit, his quidem uerbis: *raptores uirginum, qui etiam postea, quasi desponsantes sub DOTALITII nomine in coniugium duxerant, publicae poenitentiae subigantur. Hi autem qui nec dum eas sub desponsationis & DOTALITII nomine in coniugium habent, parentibus restituantur.* Quae eadem uerba exscripsit IVO pari. 8. c. 177. & GRATIANVS can. 10. causa 36. qu. 2. ^{adhibita in Concilio Mel-donenf an. 845.} ^{Decretis.} ^{Decretalibus.}

(*) Ita in uulgaribus habetur editionibus. Facile enim fieri potuit, ut barbarus scriba, uox dotalium exararet dotalitiorum, uocabulum,

frequentioris sibi usus. Vt adeo frustra GIFA-NVS ad C. tit. de dot. promiss. p. 388, sollicitus sit de substituendo alio uerbo.

DOTA-

DOTALITII memoria. *cap. ex parte 15. X. de foro compet.* casus responderetur, ubi uidua deiecta fuit, spoliū iniuria, de praedio, quod *dotalitii* iure possederat. Nam ipse pontifex postquam causas *matrimoniales* sibi iudicandas adrogauit, erepto hoc iure principibus: etiam *dotis* & *dotalitii* controuersias iudicare instituit, ceu res connubialis accessorias, uti aperte dicitur iudicaturque *cap. plerumque 4. X. de donat. inter uirum & uxorem.* Vt scilicet uxor adulterii causa & dotem amittat & *dotalitium*.

Definitio *dotalitii*.

§. 3. Est uero *DOTALITIVM* dos mariti ad compensandum uxori dotem. Nam mulieres Germanorum uel *dotatae* sunt uel *carent* dote. Si primum, *illata dos* uxori remuneranda & aequanda est *dotalitio*: si alterum cessat *dotalitium*, uti umbra, remoto corpore & tum prospicit maritus *indotatae* uel *dote maritali* uel, si uox dotis mulieri propria uideatur, *inconcinna* marito, tum accipit *uidualitium*, *lystrocht*, *leibzucht*, *wittum*. Quis crediderit rem hanc adeo celebrem fuisse apud ueteres: ut eam descripserit I. CAESAR lib. VI. de B. G. cap. 19. Ita enim ille de Gallis, nostrae genti omni quondam iure uicinis: *uiri quantas pecunias* (aut opes in rebus aliis) *ab uxoribus*, *DOTIS* nomine acceperunt: *tantas ex suis BONIS* (non sigillatim numis, quos solos neque Caesar ipse uidetur intellexisse, quia pecunia Germanis pecudes) *aestimatione facta* (ut *dotalitium* dotem aequaret) *cum DOTIBVS COMMVNICANT* (aequant, remunerant). *Huius omnis pecuniae* (utrorumque bonorum horum ac opum in pecudibus, fundis, agris) *coniunctim ratio habetur fructusque seruantur* (ita ut uxor *dotalitii* dominiū quoddam genus habeat instar mariti in dote uxoris). *Vter eorum uita superant, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum peruenit.* Quod de fructibus adfirmat Caesar: illud ideo ambiguum. Quoniam utriusque coniugis in suam

Quod antidos
PROBATVR
a) ex I. Caesare.

suam dotem dominium, quod dixit, matrimonio durante, ut adeo difficile sit ad credendum. Sed forte Caesar ideo hoc credidit, quoniam intellexit, mortuo uno coniuge, superstitem accipere, quicquid bonorum est in dote & antidote. Licet, quae consumta durante connubio, nequicquam hic connumerentur. Sed quid ad illustrissimum hunc locum interpretes? Omnes muti sunt. Ipse HOTOMANNVS, princeps ille iuris Latii consultorum, est hic infantissimus (*). Sed nobis explicatio nulla opus est; cum Caesar *dotalitii* iura, quo *dos* mulieris aequatur remuneraturque, moribus etiam nostris, optime ac luculentissime describat.

§.4. Illud enim nos docent leges Gothicae in loco ualde hic momentoso. Quod uxores uel iure Romano *dotatae* sint: uel iure Germanico *indotatae*: si primum, opus esse patrio iure *antidote* siue *dotalitio*: si alterum *dotare* esse mariti solius. Locum ipsum exscribemus ex *membranaceo codice eoque uerissimissimo* DN. PRAESIDIS. Est autem *lib. 3. lege 4. quae sequitur. Aut si forte, iuxta quod EX (+) LEGIBVS ROMANIS*

LL West-Gothicis.

Codici mscii membranacei fides.

(*) Audiamus illius ad h. l. commentum. Quod est hoc: Haec uidetur antidos fuisse. Cuius tamen institutum propterea uidetur absurdum fuisse, quia dos datur propter onera matrimonii. Turpe est autem dicere, maritum uxori esse oneri. Aut uxorem onera matrimonii sustinere. Tacitus etiam scribit, uiros mulieribus dare dotem, non mulieres uiris. Iniquis finem esset ultimum, si liberi extarent. Quo uerba, tot animi hic deliquit summi iuri. Sed doceat hoc exemplum, quam parum conferat ad patria iura intelligenda homines eruditissimi ceteroquin; sed iura docti Latii solius. Scilicet errat Hotomannus 1) quod absurdum habet uxorem Germanicam onera ferre matrimonii, id est, operarum eam sociam ad augendam rem familiarem: errat 2) quod non eadem ratione, qua uxor oneri habetur in

matrimonio, quia uictum exigit & cultum, idem liceat adfirmare de marito: errat 3) quod Taciti locum conuelleret, dotem expectantis a solo marito, quod defendimus supra: errat 4) quod liberorum fingat hic iniuriam, qualis non est, uti patris uiui; ita neque uiuae matris aliqua hereditas: errat 5) hos uires habendo pro antiquatis, cum illis hodieque utamur Germani, dotem muliebrem aequando antidote aut *dotalitio*; errat 6) quod monilia quae mulier adferat marito, Tacito teste, misceat cum dote.

(+) Codex Lindobrogianus pro, *ex*, habet *et*. Nos uero maioris fauimus lectionem primam *codici dn. praesidis*. Quoniam mos ille, quo uxores dotem attulere maritis, non tam est *ex* barbaro ac patrio iure, quam *EX Romano*. Id quod uoluit legislator Gothicus particula *ex*.

D

rcco-

recolimus fuisse decretum, tantum puella uel mulier de suis rebus sponso dare elegerit, quantum sibi dari poposcuit. Tum enim maritus adaugere potest suam dotem uxori adferendam & aequandam dotem uxori, ultra summam decimae bonorum definitam. Sed prouide dicit legislator Gothicus: uxori dotem non patrii iuris esse, sed EX legibus Romanis. Igitur dotalitii causa, id est, dotes muliebres citius forte innotuere Gallis, uicinis Romanorum, quam ultimis Germanis.

3) dotalitii synonymis.

gegensteuer.

gegenvermächtniß.

VWiderlage.

4) iure canonico eiusque glossa.

§. 5. In Germanico iure nemini est ignotum, dotem antea mulierem uix offerre marito: quam hic prospexerit illi dotalitio. Quod ideo adpellare solent nostri: gegenvermächtniß, widerlage, widergiffi, gegensteuer, verweis, gegenweisung; quoniam quicquid hoc nomine ac iure datur uxori, illud fit intuitu illatae ab illa dotis. Vti enim dos dicitur eine aussteuer: ita antidos, eine gegensteuer. Et uti alio nomine illa adpellatur dos ein geschaeffte, vermächtniß: ita antidos siue dotalitium ein gegenvermächtniß. Cum etiam dos audiat eine beylage, mitgiffi, ita dotalitium einewiderlage, widergiffi. Verweis autem uox generalis est uultque respectum ad dotem. Consuli hic possunt Germanici ris lexicographi Wehmerus, Besoldus, Dietherrus, Fritschius, aliique. Quibus addi possunt BOCERVS de donat. c. 7. §. 3. & MYLERVS gamolog. cap. 10. §. 2. §. 5. aliique.

§. 6. Cum pontifices saepe respondeant causas a Germanis requisitas; etiam iura patriae multoties ualde illustrant. Quis pontifici auctor fuerit decisionis, proditae in c. 4. X. de donat. inter uirum & ux. illud quidem ex nullo codice constat. Potuit igitur esse, quod responsum sit episcopo Germaniae aut illius regni, ubi dotalitii frequentior usus. Cum uero in uulgaribus editionibus hic sit definitum; mulierem adulteram & dotem amittere & dotalitium: uox dotis in membranaceo codice

dice DN. PRAES. (*) est omiffa. Quoniam aliqui de il-
lius amiffione ideo dubitare uoluerunt, quod fufficere
uideretur poena in alterutro. Ergo dotem ad mulierem
redituram: *dotalitium* ad maritum. Sed quod utroque
adulteram uolunt deftitutam: ideo uulgaris lectio hic
debet praeferri. Quae duo nos docet. Primum, *do-
talitium* a *dote* diftingui: deinde diftingui etiam a *para-
phernis*, quibus adultera non excidit. Tertium igitur
credi oportet, quod *antidos* fit *dotalitium*. Glosfa red-
dit *donationem propter nuptias*, ex uulgari doctrina, quod
illa statuta ad *compensandam dotem*. Ex aduerfo eandem
exposuit DN. PRAES. in *dotis differentia VII*. Alia *decreti-
farum* & interpretum pontificii iuris deliria fuperfedeo,
facile euoluenda in BARBOSA & GONZALEZIO, fi ani-
mus efferet in erroribus conuellendis occupari.

§. 7. Omnium uero certiffima *dotalitii* ratio intelli-
gitur ex formulis ac codicillis nuptialibus, fcriptis in
Germania. Ubi enim *dotis muliebris* fit mentio: ibi
etiam *antidotis* feu *dotalitii*. Formula libelli hac fere:
Meuia offeri marito fuo DOTE quater mille imperialium,
quos accepit ille, *reddita apocha cum renuntiatione excep-
tionis non numeratae dotis: contra, ad hanc dotem compensandam
& remunerandam, DOTALITII nomine iidem* deftinat uxori,
quater mille ex bonis ac opibus fuis uxori, olim uiduuae, ex-
foluendi. In uernacula noftra uerbis, quae fequuntur:
*Es bringet Meuia ibrem bräutigam Titio an heurathgut 4000.
Rthl. fpecies zu; welche derfelbe richtig empfangen, auch dar-
über quittiret, mit begebung der ausflucht nicht gezahlten gel-
des. Dagegen verfpriecht Titius diefer braut Meuia zur*

(*) Codex is duorum uoluminum. Pri-
mum *decreta*, alieum *decretales* abfoluit. For-
mae eft maxime, adornaus fymbolis ac
picturis auro diftinctis & coloribus. Praeter
ipfos canones & decreta addita eft *glosfa*, uul-

garis quidem. Sed ei paffim manu alterius ad-
ditae ac infertae annotationes fingulares, quae
alibi non habentur. Ipla fcriptura acui ue-
rufioris, induftriae ac curae admodum infi-
gnis.

wiederlage gleichfalls 4000. Rthlr. in gleichem werth aus seinem bereitesten vermögen derselben zu vergüten. Formulas Germaniae principum ac procerum ueteres congefist MYLERVS *gamologias* cap. 10. §. 2. 5. Quibus facile esset plures addere ex medii aevi monumentis. Maioris operae pretium illud est, quod saepe *dotalitii* uox & *dotis* habeatur unius eiusdemque significatus. In *Lucae DACHERII tom. 7. spicil. ad an. 1026. p. 203.* libellus dotis occurrit, in quo illud offendi. Ita enim sponsus scribit: Ego RICHARDVS dux Normannorum accipio te ADELA in coniugem. Concedo tibi de IVRE DOTALI civitatem & cccc. Haec omnia tibi habenda lege DOTIS, ut iuxta nobilitatis tuae lineam DOTATA mihi iungaris. Cuius cessionis DOTALITIO ut firmitas, manu propria subscripsi. Ego Richardus hoc DOTALITIVM fieri iussi. Datum an. 1026. Quod igitur principio dotis nomine adpellatur, illud in fine dicitur *dotalitium*: licet dotis ab Adela illatae nulla memoria

Construntur
dotis & dotalitii
nomina.

6) Synonymo,
donatione
propter nuptias
an. 1299.

§. 8. Tandem quoque *dotalitii* definitionem non leuiter firmat synonymum eius *donatio propter nuptias*. Vbi enim alias *dotalitii* uox occurrit: ibi adhibetur formula *donationis propter nuptias*. DACHERIVS tom. 8. *spicileg. ad an. 1299. p. 259.* nobis suppeditet exemplum. Ego SAVRA uos PETRVM de Pinofio in legalem maritum habere cupio meque ipsam uobis trado legalem uxorem. Dono & constituo uobis in DOTE QVATVOR MILLIA librarum &c. Simili modo ego PETRVS de Pinofio cupio uos dictam SAVRAM in legalem uxorem habere & me ipsum in legalem maritum uobis trado. Confiteor, me recepisse quatuor millia librarum & renuntio exceptioni p. n. n. & dictae dotis non acceptae. Ego uero dono & constituo uobis de meo in DONATIONEM PROPTER NVPTIAS QVATVOR MILLIA LIBRARVM. Ego & uos habeamus & teneamus. Et si uos dicta uxor mihi superuixeritis, habebitis & dotem & donationem propter nuptias. Actum 1299. Eiusdem pror-

prorsus formae codicillus habetur *tom. 8. p. 251.* Etiam illud intellexi *dotalitium* alibi etiam adpellari SPONSALITIVM. Tum maxime, quando *sponsalia* contracta de futuro, quod dicunt. Exemplum sit *tom. 8. spicileg. an. 1109. p. 165.* Ego GVILIELMVS trado filiam meam filio uestro. Et etiam spon-
 dabo filio uestro in dotem cum filia mea centum marcas & ccc. salicium an. 1109.
 Et ego BERTRANDVS & ADALAIZ recipimus filiam tuam & post quatuor annos dabimus filio nostro in uxorem. Et dabimus filiae tuae in DONATIONEM PROPTER NVPTIAS suae in SPONSALITIO suo omnem terram, quam habemus & ccc. Ita nos deus adiuvet & haec sancta dei euangelia. Sed satis exemplorum, unde constat, barbaro iure frequentem fuisse antidotem, nunc *dotalitii*, nunc *sponsalitiu*, iterum *donationis* propter nuptias uerbis ac formulis insignitam.

§. 9. Indole *dotalitii* recte intellecta: iam facile erit ad respondendum causas, in hoc genere controuersas. I. *an debeatur dotalitium indotatae?* Id enim negandum, instar umbrae, quae cum corpore tollitur. Aliud uero iudicium est, annon alio nomine maritus liberalis esse debeat erga pauperem & indotatam uxorem. Vbi dicendum, quod id omnino officium fuerit mariti Germani, instar uxoris in Latio. Sed postquam legum Romanarum auctoritas patrios mores fere fustulit: igitur hoc casu uiduae sufficiet portio, in statutis definita heredibus. II. *Num dotalitium minus esse queat aut maius?* 2) doti aequa-
 re? 3) doti aequa-
 re? Vtrumque negandum. Quia ultimae remunerationis est primum. Ergo aequanda dos, non superanda. Aliud dicendum, si maritus formam uxoris, mores, familiam, dignitatem gentilitiam, uirtutes maioris faciat, quam ipsam dotem. Sed tum rectius faciet in hoc genere donationis alio uti nomine, quam *dotalitii*. Ne, quod honoris ergo facit, fecisse uideatur ex legis conubialis quadam necessitate. Ceterum iura Germanica

- maiores commendare liberalitatem maritis erga uxores, quam leges Latii, dictum est supra. III. *Num, mortuo marito, uidua lucratur dotalitium?* Nullus dubito hoc adfirmare. Nam uti G. I. maritus lucratur dotem; ita uxor multo magis *dotalitium*. Quia I. G. solus quondam maritus obligatus ad dotem adferendam uxori, non uxor marito. Quae alibi, praesertim inter coniuges dignitatis illustris, ex aduerso fiunt, illa uel conventionibus tribuenda uel moribus contra patrii iuris ordinem.
- 3) *num uidua?*
 4) *dominium?*
 5) *post nuptias?*
 6) *Sponsaene?*
 7) *eius fideiussores?*
 8) *dotē non soluta?*
- IV. *Num dotalitii dominium habeat uxor uiuio marito?* Saxonones hoc recte negabunt. Quoniam etiam manus ligant uxori in paraphernis. Quae sine mariti consensu nequit alienare. Sed, patrio iure uniuersim, me iudice, uerior erit sententia adfirmans, ob bonorum conubialium communionem, cui fauent Germani. Ut adeo uxor in rebus mariti sit domina socia: quidni in rebus, sibi donatis. V. *An dotalitium recte constituatur matrimonio iam durante?* Nullus dubito. Partim, quod donatio remuneratoria sit; partim, quod officii mariti, ut dotet uxorem; partim, quod donationes inter coniuges patrio iure nihil habeant iniqui. VI. *Num dotalitium debeatur sponsae, marito morte praevento?* Negatur hoc. Eo quidem fidentius patrio iure, quod nuptias non habet perfectas, nisi thalami consensu, *wann die decken beschlagen*. Non deductione in domum; non benedictione sacerdotali. VII. *Num obligati in promissa dotalitio fideiussores?* R. I. id negatum: non Germanico. Vbi illud reperio, in libellis plerisque dotalitii, illustrium etiam consponsorum, adhibitos fuisse fideiussores, qui obligarent sua nomina sub onere ac poena obstagii.
- VIII. *Num dotalitium debeatur, quae dotem promiserit, non soluerit?* Negatur, si inuito hoc factum marito. Quod si uero ex eius indulgentia morae: tum adfirmanti senten-

tentiae subscriberem. Quia maritus credendus est, fe officii sui memorem fuisse, quo patriae moribus dotare tenetur uxorem, etiam indotatam. IX. Num confessio ^{9) satians confessio?} sufficiat mariti eiusque apocha? Id ob eandem rationem est adfirmandum. Dummodo non ex feudo repetatur dos, ubi tum praesumptio cessat uersionis in rem. X. Num ex ^{10) obligetne hic conuentio?} conuentione maritus obstrictus ad dotalitium? Sola promissio & consensus hic satis est. Nam eodem iure habetur pro legitimo pacto, quam dos. Et patrio iure nuda etiam pacta obligatoria in omni contractu. XI. Num dotalitium ^{11) num & heredi?} debeat uiduuae, mariti haeredi? Negant hoc Saxonica iura, quae commendant relinquuntque uiduae ius optionis. Sed, fauore dotis a marito uxori adferendae id adfirmarem ob illam pristini iuris bonorum communionem. Dummodo non ita deglubatur maxima hereditatis pars. XII. Num dotalitium debeat ex fideicommissis? ^{12) ex fideicommissis?} Fidenter hoc adfirmat Henelius. Ego starem ex aduerso, praesertim in fideicommissis, quorum fauor in Germania maximus semper fuit, quod portenti instar Latio. XIII. Num dotalitium debeat ex feudo? ^{13) ex feudo?} Stricto iure necquicquam. Sed moribus dari hoc debet. Quod turpe sit & indignum demortuo marito: uiduam confictari cum egestate. Cuius officium fuerat, eam non relinquere indotatam. XIV. Num dotalitium ^{14) sine acceptatione?} requiratur sine acceptatione? Omnino. Vti enim acceptationis incantamentum ex aliis omnibus donationum generibus proscripti; ita neque hic ei locus est relinquendus. Cum patrio iure agat hic maritus ex officio. XV. Num ^{15) uiduuae occupatio?} marito mortuo uiduae ius occupandi & uindicandi dotalitium? Quod propterea adfirmandum: quoniam habenda uxor pro focia domina dotalitii. Imo in plurimis pactis illud reperi, quod nonnunquam maritus nuntium miserit dominio dotalitii. XVI. Quae dotalitii, ^{16) quae iura accessoria?} si in fundo consistat, iura

- iura accessoria?* Non alia, quam, quae conueniunt usufructuario; nisi proprietas fundi adsignata in dotalitio. Idque ob fauorem superioritatis, a territorio non diuellendae. XVII. *Num uendi queat aut cedi dotalitium a uidua?* Propterea hoc negandum, quia interest defuncti & agnatorum mariti, ne uiduam uiuere oporteat fordidam uitam in egestate. Quod facile eueniet, facta alienatione. XVIII. *Num uiduae, relicto dotalitio, alibi habere liceat domicilium?* Id propterea nuper uiduae principi negatum: ne reditus & pecunia extra territorium confumpti obuenerent extraneis, cum ciuium & subditorum pernicie. XIX. *Num uidua ob dotalitium agnatis teneatur ad cautionem?* Eo quidem hoc nego, usque incurrat uidua in suspicionem malae fidei & uitae prodigalis. XX. *Num onera reparandi in dotalitio uiduae?* Idem, quod de usufructuario hic dicendum. Praesertim si impensae sint nimiae, ex casu ortae. XXI. *Num uidua destituenda dotalitio, si nupserit alii?* Illud quidem de usufructu dicendum: non uero de dotalitio, quae est donatio remuneratoria, qua illa nequit destitui. XXII. *Num, intuitu dotalitii, uiduae iura, occupandi, retinendi, utendi interdicto, uindicandi, condicendi?* Prouida erit uxor, si in his sibi prospiciat sigillatim pactis. Et si non prospexerit, adfirmarem haec omnia, in multis licet doctorum ac iudicum diuortiis. Nam uiduam, uiuo marito condominam & compossessorem esse, dictum est saepius. XXIII. *Num differat dotalitium a contractibus nuptialibus aliis?* Id omnino uerum. Nam differt a *dote mulieris*, quod dotalitium sit uiri. A *dote uiri*, seu *morgengaba*, quod haec debeatur indotatae, non dotalitium. A *donatione propter nuptias*, si haec in dotis tantummodo securitatem. A *sponsalitia largitate*, quod haec debeatur sponsae, dotalitium non nisi uxori. A *iocalibus* & *munusculis*
- 17) *num queat uendi?*
- 18) *uiduae domicilium alibi?*
- 19) *num ad cautionem?*
- 20) *reparandum?*
- 21) *in secundo nuptia?*
- 22) *actiones et interdicta?*
- 23) *differantiae*
- a) *dote.*
- b) *donatione propter nuptias.*
- c) *iocalitium.*

feulis nuptialibus, quod non in crepundiis consistat, sed rebus, unde uiduae olim uictus & cultus. A *uidualitio*, *uictualitio*, *uitalitio*, dem *Leibgeding*, quod haec omnia debeantur indotatae etiam neque nisi post mortem mariti. Contra fit in dotalitio uere sic dicto. A *cenſu quadruplo* uel duplo dotis, quod, mortua uxore ita amittatur fors dotis, non simplici dotalitio. A *cibariis dem muſſtheil*, quod haec debeantur uxori, promaecondae & communi curatori rerum familiarium, non ob causam dotis. A *gerada*, quod haec absoluatul muliebribus crepundiis, non dotalitium. A *melioratione dotis*, der *verbesserung*, quod haec non aequet dotem.

d) uictualitio,
uictum.

e) cenſu dotali

f) muſſtheil.

g) gerada.

h) Verbeſſerung.

DE
CENſV DOTALI,
NOVO DOTALITII
SIGNIFICATV.

(f) Illud quidem patriae moribus, praesertim in Saxonia receptum esse, constat: *loco dotis, mulieri, uiro demortuo, reddendae, offerendas ei dotis quadruplicatas eius usuras, hac tamen lege, ut uidua demortua, pereat fors remaneatque penes mariti heredes.* Vnde instituti huius origo, illud quidem inuenire non potui. Cum legis fere hic desit auctoritas.

Dotalitii conuerſio in cenſum dotalem.

§. 2. Docuit me magnus SALMASIVS libro I. de modo *usuſuar. c. 4. p. 159. ſq.* in usu hoc fuisse Graecis: ut, si forte uxores non possent, matrimonio dissoluto, habere dotem, coactum esse maritum aut debitorem ex quadam legis necessitate, soluere *ſeſquicentefimas* usuras. Id est, singulis mensibus de centum numis unum & dimidium i. e. annuos *oſtodecim*. Haec usura, inquit, ut maxime tum *ſoſtennis & uſitata*, dotium non redditarum pensioni lege fuit praescripta, qua minorem mariti praestare non liceret, retinentibus dotem mulierum: quas aut ipsi dimississent aut quae

Qui Graecis in usu. ſic.

E

ſponte

μυσός.

sponte fecissent diuortium. Has usuras, addit, Graecos σίρον adpellauisse, quod facerent ad mulieris alimenta demensum, cibaria, epimenia. Alio nomine μισθόν siue dotis remunerationem dixisse. Alio etiam uniuersim τόκον siue usuram de dote mulieris. Inde tali casu mulieri duplex actio, prima δίκη προμὸς ad reddendam dotem uel, si in hac reddenda moras neceretur, siue ipse siue mortuo eo, alii, altera δίκη σίρου ad usuras praestandas, duodeuiginti annuos numos pro centum, ut commode uiuere possit uidua uel uxor dimissa. Neque ita uxor de dotis restitutione sollicita fuit, quoniam adeo opimas accepit usuras neque facile maritus has praestare maluit, quam reddere dotem. Ita utrinque bene consultum uxoribus. Idem docet Samuel PETITVS in LL. Atticis lib. VI. tit. 2. licet aliquantum turbate, quem ideo in uiam multoties reducit modo memoratus polyhistor.

CENSUS illis do-
talis Saxoniae
proprius,

Causa eim.

§. 3. Sed quid Graecorum instituta communia cum patriis. Illud uolo, quemadmodum apud Graecos maritus, renuens, dotem restituere, multatus ac ueluti poena hac est adfectus: ut solueret usuras quotannis ad auctas ad octodecim pro numis centum singulis annis: ita in patria nostra, praesertim possessoribus praediorum nobilibus graue fuit & cum damno illustrium familiarum coniunctum, reddere uiduae primo illatam dotem, deinde antidotem, dotalitium. Vt tamen omnis aeu iure fieri debuit factumque olim in patria. Nam, dote plerumque consumpta in luxu ac largitione, heredes maritorum ita oportuit contrahere aes alienum atque sic praedia onerare hypothecis & hoc demum onere succumbere & cogi ad alienandum & uendendum. Igitur de consilio cogitatum, quo & uiduis satisfieret & confuleretur mariti successoribus. Scilicet neque dos reddita neque solum dotalitium uiduae: sed utriusque usurae,

surae, altera parte auctae, hoc fine, ut uidua mortua, expiraret cum dotis, tum dotalitii fors. Itaque *dextantes* pro *quincuncibus* adprobatae: ut compensarent quodammodo *damnum dotis & dotalitii*, olim, mortua uidua, expirandi & extinguendi. Ampli sunt in his moribus describendis iureconfulti Saxonici SCHVREFFIVS *cent. 3. conf. 51. n. 3. Hartm. PISTORIS qu. iur. lib. 1. c. 4. Modest. PISTORIS part. 1. conf. 20. Pet. HEIGIVS part. 1. qu. 27. Andr. RAVCHBAR part. 1. qu. 47. COLERVS part. 1. decis. 60. n. 18. CARPZOVIUS part. 2. const. 42. def. 2.* auctoritates.

§. 4. Ut utero is dotis & dotalitii census testatissimus sit Saxonici iuris consultis, causa etiam illius non adeo obscura: eius tamen origo non patet. Neque de illo aliquid uel in LL. uetustissimis *Saxonicis & Alemannicis*; neque in *Francicis* neque etiam in recentioribus *Sueuici & Saxonici* speculi auctoribus reperitur. Licet enim in triga librorum sedula & frequens *uictalitiu*, *des leibgedinges* memoria fiat: de *censu* tamen hoc *dotali & dotalitio* illi omnino tacent. Equidem INTERPRES SAXO ad *lib. I artic. 20. die dritte gab heist man das leibgeding. Diese gabe solle gleich seyn, deß weibes zugebrachter mitgabe. Darum was an der mitgab gebricht, soll auch am leibgeding gebrechen.* Idem repetitur im *WEICHBILD artic. 22.* Sed hoc ad dotalitii rationes pertinet, non ad eius quadruplum censum. Quo igitur iuris & aequi tegumento sit factum; ut is *census & dotem & dotalitium* deuoraret & exhauriret: illud quidem est inuestigandum. Scilicet confuderunt interpretes *dotalitium* cum *uictalitio*. Quod ubi factum, porro crediderunt, sufficere uiduae alimenta & subsidia ad uictum & cultum: neque indulgendum, ut, si his uteretur ad uitae dies, porro aliquid, *dotis* loco, requiret. Quia huius intuitu gauderet uitalitio. Hanc litem describit & componit legislator AVGVSTVS in *part. 2. const.* ORIGO latee.
Nihil eius in uetustioribus LL.
Nihil in speculatore Saxo. ne.
OCCASIO ad eius iuris indulgentiam.

Augusti con-
stitutio novel-
la.

lit. 42. cuius uerba audiemus. Sunt autem haec: *Unserer Raethe, Facultäten und Schöpffensüle halten es richtig und unzweifelhaftig zu syn. Wann einer frauen ein leibgeding aufgerichtet und bestätiget worden, welches sie auch beliebet und angenommen, daß dagegen ihre mitgift und einbringen verläsche und abgehe. Nihil hic de dotalitio, der widerlage: sed tantummodo uitalitii, des leibgedings mentio. Vltimum constituitur non dotis intuitu; sed tantummodo hoc fine, ne uiduae olim desint ea, quae requiruntur ad uitam uiuendam, dignam mariti defuncti honoribus ac nobilitate. Quod si est, quaeaso! cur uitalitium deglubere debet dotem aut antidotem, quibuscum nihil habet commune? Et sibi tribuat sponsus, quare uitalitium constituit uxori diuiti dote & dotalitio. Ita hoc intuitu felicior uxor sine dote, quam si hac sit instructa. Prima enim nihil habet, quod possit deglutire & deuorare uitalitium: sed hoc damni genus patitur altera. Sed addit legislator AVGVSTVS: Da aber derwegen gewisse pacta und vermachungen aufgericht, dieselbe müssen zuvorderst in acht genommen und darauf gesprochen werden. Sed de hoc non est dubium, cum pacta dent legem contractui. Interim forte consultum magis fuisset ita rem fuisse definitam: Vti nihil uitalitio commune cum DOTE & ANTIDOTE, sed ratio cuiusque sit singularis: igitur primo constituto, non ideo uidua excidat alteris. Quod si tamen ita conuentum in dotalibus pactis: secundum ea uiuendum ac iudicandum.*

DISCREDITVR
ab his plerum-
quā IN PACTIS
CONNUBIALI-
BUS.

§. 5. Ipsi interpretes postea uidentur haec intellexisse. Nam hac forte occasione in mores iuere quadruplae dotis usurae. Cum durum esse uideretur, infra hanc summam dotis fortem absumi et expungi. Deinde raro haec iura consponsi sequuntur. Potius, praesertim inter heroes, ita in pactis dotalibus conuenitur,
ut

ut uxori, mortuo marito, primum reddatur *dos*; dein-
do *antidos*; tum eidem adsignetur *uidualitium ein wittum*.
Quod ultimum tamen ideo minus esse solet; si *dotis* &
hinc formandae *antidotis* aut *dotalitii* magna *summa*. At-
que hoc ipso & *Saxonica constitutio* laudata migratur & ex-
ulat *dotalitius* ille census. Certo argumento, utrumque
paucissimis consponsis ad palatum: quod malint, di-
uersa distinguere, quam confundere & permiscere. Sed
quid? si ita conuentum consponsis: *accipere sponsum a*
sponsa dotem ter mille imperialium & polliceri, dotalitii loco,
duplas usuras, dextantes scilicet annuas, ad dies uitae, instar
uidaluitii? Iure patrio communi negarem, ita mortua u-
xore, absumi *dotem*, quam potius reddendam esse, dice-
rem uiduae heredibus. Sed aliter *Saxonica Augusti*
constitutione p. 2. conf. 42. ubi usurae ita deuorare solent *dotem*.
Quorsum, post supra laudatos doctores Saxonicos, con-
suli possunt in hanc rem conceptae sententiae apud HE-
NELIVM *dotalitii cap. 2. §. 7. & cap. 6. §. 10.*

§. 6. Meam principio factam coniecturam, *consus* Interpretis
Saxonici sen-
tentia.
dotales introductos esse *feudorum* ergo, ne haec onera-
rentur aere alieno: firmat iuris Saxonici interpres,
glossator. Ita enim ad WEICHBILD. artic. XXII. rem defi-
nit: *der lebensfolger sey schuldig, gegen der frauen einbringen,*
noch eins so hoch, dem landsbrauch nach, die leibzucht
aus dem lehengütern aufzurichten. Quamuis locus, glos-
sae citatus in uulgari non habeatur. Idem dicit respon-
sum LIPSIENSE an. 1590. uerbis conceptum, quae huc per-
tinent, hisce: *daß im ganzen Römischen Reich der brauch,*
daß das chegeld im lehen bleibe und, nach des mannes tod,
nicht wieder zurücke falle. Dagegen die frau ihrer mittgiff
gemäß, auf das lehen zeit ihres lebens verleibdinget werde.
Und ist diese bürd der lehensfolger über sich zu nehmen schul-
dig, weil die mittgiff im lehen bleibet. Und der witwe desß
wegen

wegen jedes hundert von der mitgift sowohl, als widerlage mit 10. jaehrlich auf ihr lebenslang verleihsbedinget und verzinset. Exhibet responsum Hartm. PISTORIS lib. I. quaest. 4. p. 50. scriptore Fachsio, antistite ordinario. Repetit idem Andr. KOHLIVS exercit. 2. n. 59.

HISTORIA qua
druplicis cen-
sus ad dno-
randam do-
tem in Saxo-
nia 1550.

Insignis libel-
lorum & re-
sponforum
in hoc genere
adparatus.

§. 7. Tandem, adpendicis loco, addere placet historiam huius iuris in Saxonia, quo usurae quadruplae dotem consumunt absorbentque. Est autem haec. Anno 1505. inter ducem L. Fridericum & Margaretham principem Anhaltinam pacta nuptialia inita conuentaque in has leges. Adfert uxor marito dotem 25000. fl. Maritus totidem assignat uxori, instar antidotis. Praeterea promittitur olim uiduae uictalium in signe. Moritur dux maritus. Inde uidua se confert in dynastiam, unde uictalium ei praestandum. Hoc diu utitur fruiturque ad annum usque 1558. quo moritur. Post mortem eius superstes pater, uti heres filiae, repetit dotem. Negant uero eandem reddere dux, in principatu successor. Ex hac quidem causa, quod uictalium fuerit principi uiduae instar quadruplicum usurarum, quae dotem soleant absorbere. Quoniam primo si quis pro certa summa ab altero emat uictalios redditus annuos, absorbeatur illa usurarum nimietate, quae ideo indulgeantur. Deinde incongruenter uidua sibi uitalium uindictet, si quidem ei in animo, dotem & antidotem repetere. Demum his damnis non onerandum principatum. Sed magna animi contentione pater dotem filiae repetiit uel solam uel cum antidote. Quoniam maritus demortuae uxoris in dote sit heres: igitur paria iura uiduae danda, marito demortuo, in uindicanda antidote & dote repetenda. Ne uiduae duriores leges, quam uiduo. Ad didit pater, indignum ac fordidum fore, si princeps uidua emere deberet uictalium, quod ei ex lege debeatur,
ut

ut uiuere queat honeste. Victalitiū etiam deberi indotatae. *Antidotem* dotis remunerationem esse non beneficium mariti. Igitur uiduam primum requirere, qua uxorem: alterum, qua largitricem dotis. Frustra querelam moueri de onerato ita principatu. Vtustissimum hoc uiduarum illustrium ius esse, quod tot secula pertulerint principes, neque exemplum esse ruinae ullius ideo principatus. Non uiduam nundinare uictalitiū, instar emtoris uitalitiorum redituū, *der leibrenten*. Pudore retineri debere, quotquot hoc simile suggerere uelint principibus. Causa haec in utramque partem rationibus instructa & uentilata est diu multumque, usque demum transactione componeretur. Insignem de ea adparatum in epistolis, consiliis, responsis & libellis exhibet *Simon PISTORIS tom. 1. consilio XX.* quod prae aliis omnibus hic consulendum. Plurima e-

gomet inde didici & adsequutus coniecturis. *Primum* quidem, an. 1550. nondum in Saxonia certi iuris fuisse, num *uictalitiū* absorbeat dotem. *Deinde*, de *usuris quadruplis* dotis tum demum agi coepisse ad dotem extinguendam. *Porro*, iureconsultos effinxisse hos dotales census, ad similitudinem *der leibrenten*. *Praeterea*, non puduisse eosdem, hoc adfirmare, quod uxor dote sibi emat uictalitiū. *Post*, in arbitratu tamen uxoris quosdam tantum posuisse, malletne a *uidualitio* abstinere & repetere dotem ac antidotem, quam eligere primum, ultimis amissis. *Tum*, iureconsultos praesidium nouae opinionis posuisse in nimietate usurarum, quam aestimauerant ex usufructu dotalitii eiusque foecunditate. *Tandem* farraginem legum Latii in hoc argumento ab illis conductam fuisse praeter rem & rationem. Ut aliquid tantum dixisse uiderentur ex iure Romano. In hoc censu haberi debent *auth. praeterea C. unde uir. &*

*Inde coniecturae
vae plures.*

uxor; porro l. si cum dote s. si uero D. solut. matrim. imo l. huiusmodi §. si pater. D. de legat. i. & quae alia furfuris & of-
fuciarum generis eiusdem.

GLAVCOMATA
discussis, quae
occuparunt o-
culos librorum.

§. 8. Verum enimvero ad ita sentiendum & liti-
gandum induxit praestantissimos iureconsultos patrii
iuris ignorantia. Nam *ignorarunt*, quod mulieri in Ger-
mania olim nulla dos; *ignorarunt*, quod mariti tantum
officium fuerit, uxorem dotare; *ignorarunt*, quod ui-
etalitium debeatur indotatae; *ignorarunt*, quod dos, a-
muliere oblata, non legis fuerit, sed beneficii singularis;
ignorarunt, quod ideo mariti eius generis mulieribus
dotatis remunerauerint dotem, antidote, *der widerlage*;
ignorarunt, quod antidoti seu dotalitio nihil commune
cum uidualitio, *dem wittum*; *ignorarunt*, quod ultimum
hoc officium mariti, non uero nundinatio; *ignorarunt*,
quod inter maritum & uxorem reciproca iura, ut, si
primus dotis heres, altera heres antidotis; *ignorarunt*,
quod propinqui mariti non fuerint obstricti, uiduae red-
dere uel dotem uel praestare antidotem ex rebus immo-
bilibus; *ignorarunt*, quod rerum immobilium, etiam
alodialium, nulla olim facultas alienandi marito; *igno-
rarunt*, quod ideo in Saxonico iure definiatur, consensu
hic opus propinquorum (*) *ohne der erben ueloub mag
niemand seinem weib unbeweglich gut geben* cetera, ut nihil
mirum optimos & doctissimos ceteroquin uiros iu-
dicio suo hic actos esse intransuorsum. Nos de his om-
nibus eorumque patria ueritate inde a principio huius
differentiae diximus, discussa, quae hactenus iurecon-
sultorum oculos obdixit, caligine.

(*) Ha de re plenius scripsit egitque DN.
PRAES. in opusculo de donationibus & barbari
adnexus, acceptationis differ. III. cap. 6. §. 4. sqq.
Vbi ex iuris Germanici & Saxonici institutis

ostendit: nefas olim fuisse, bona uita & no-
ue acquisita, si immobilia essent, sine consen-
su propinquorum, alienare.

(g) Cum

(g) Cum iura Germanica hic sigillatim differant a Romanis, igitur sibi *dotis melioramentum* uindicabit differentiam singularem. Melioramentum dos.

(h) Quam multiplices hic errores sint hique non alii causae debeantur, quam patrii iuris ignorantiae aut illius cum Romano commixtioni: id quidem modo est scriptum *litt. e. §. 12.* quae hic repetenda omnino. Illud tantummodo addo, falli etiam omnes, qui perhibeant *TACITVM de M. G. c. 18.* docere, foeminas Germanorum instructas esse dotibus. Quorsum uerba trahunt: *Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert. Intersunt parentes & propinqui & MVNERA probant. Munera non ad delicias muliebres quaesita: sed boues & frenatum equum & scutum cum framae gladioque.* Confusio I. R. & I. G. etiam hic causae errorum. Taciti noua explicatio. *In haec munera uxor accipitur atque INVICEM IPSA ARMORVM ALIQUID VIRO ADFERIT.* Hoc enim, quod uiro adferat, habent pro dote, ab uxore oblata. Sed fallunt fallunturque. Nam *primum Tacitus de dote loquitur: deinde de monilibus mulierum, equorum & equitum.* Primum exulat in uxore, quae dotem nunquam dat; sed semper expectat a marito: alterum utrique coniugi commune. Nam donat sponsum monilia muliebria uxori: uxor uirilibus monilibus remunerat haec marito. Cum omnes interpretes hic caecutiant: solum *SALMASIVM de modo usurar. cap. 4.* inueni, qui seiunxit inuicem distinguenda. Illud igitur manet certissimum: *dotem*, ab uxore offerendam, exulare in patrio iure, *LL. W Gothicis; Alemannicis; Boicis: Francorum capitularibus: imo, quod magis est, in utroque etiam speculatore, Saxone & Sueuo.* Ut adeo ante uxores lege non attulerint dotem: quam inuaderet Germaniam iuris Romani solennis receptus.

DIFFERENTIA II.

De dotis augmento & MELIORATIONE der Verbesserung.

I. R. dotis suae augmen fecit uxor, matrimonio durante, in gratiam sui mariti (a): G. I. dos, ab uxore oblata, redditur ei a marito aut eius heredibus, cum accessione aliqua, quam adpellare solent, *die verbesserung* (b). Idem iure Graeco factum dictumque ὑπόβολον, quicquid de eius uerbi significato disputetur alias (c).

De augmento
dotis in I. R.

(a) Sunt leges, in quibus ita definitur, mortua uxore reddendam esse dotem eius patri, cum *dotis augmento*. Ita Papinianus in *l. inter socerum* 26. §. 2. *D. de pact. dotalib.* ubi uerba sunt haec: *nec separabitur* (in dote restituenda) *portio dotis*, *ADDITAMENTI causa*, *data*. Pariter Gordianus in *l. 8. etiamsi* C. *de iure dotium* ait: *consequens est, ut etiam id, quod, ADDITAMENTI causa, in dotem datum, eadem actione* (qua dos ipsa) *repetatur*. Siue augmentum fecerit uxor siue pater siue alius *PARISIVS uol. I. conf. 126. Rol. a VALLE de lucro dotis quaest. 100.* Sed distincte magis hoc argumentum tractat *HOTOMANNVS de dote n. 9. 10. p. 828.* Scilicet *triplex dotis accessio*. Primo si uxor primo mille promittat, deinde his addat *quingentos*, uti in *Non. 22. c. 31. τὰδε περὶ ἀνθήσεων*. Deinde si maritus accipiat mille, sed fingat, se accepisse *mille quingentos*, in gratiam muliebris dotis *I. quod de suo 2. C. de dote cauta non num. Tum, si usufructus dotis proprietati pa-*

ti pacto accedat reddaturque *L. si proprietatis. 4. D. de iure dot.* His demum quarto loco addi posset *ἰσοβαλον*, sed iuris hoc Graeci, non Romani, ut statim post dicitur.

(b) Scilicet postquam graue esset & iniquum; *G. I. maritum* dotis muliebris esse heredem; contra, uxorem, marito demortuo, recipere tantummodo, quod intulerit obtuleritque marito, lucrari autem nihil neque aliorum eandem reddi participem. Igitur cogitatum est de re, uxori, mortuo marito, danda ob dotem illatam. Quam requirere posset uxor cum dote, instar iuris *accessorii*. Verum illud noluerunt mariti, ut haec *accessio* doti muliebri esset aequalis, quoniam *I. R.* dotis officium uxoris fuerit; non mariti. Qui dotem in eo remuneret, quod sustineat onera matrimonii solus, ad quae nihil conferat uxor de rebus suis. Igitur satis esse posse mulieri, si dotem recipiat sine *dotalitio*, *antidote*, *contra-dote*: sed tamen, loco eius, gaudeat aliquo *dotis augmento* *& incremento*, sub uerbo & iure *einer heyraths-gütlichen verbesserung*. His moribus uiui in *Pomerania*, auctor & testis est *MEVIVS part. 2. decis. 224.* atque *228. & part. 5. decis. 62.* *GERDESIVS de onerib. feud. §. 15.* in *Megapolitano* ducatu, de quo *COTMANNVS uol. 1. conf. 50. n. 9.* *Perr. TORNOVIVS de feud. Mecklenburgicis part. 1. sect. 2. cap. 3. §. 31. 32. 299.* in *Marchionatu Brandenburgico §. STRYCKIUS de succes. ab intestato diff. 4. c. 2. §. 20.* In summa autem huius augmenti variatur. Alibi enim est *dimidia*, alibi *tertia*, nonnullibi *quarta* pars dotis. Et licet leges sint ea in re, pro diuersitate provinciarum & ipsae diuersae: tamen pactis nulla mensura data, quibus stare etiam hic debent heredes defuncti mariti: non successores feudales, quae sola definitione legis stant neque attendunt pacta ulterius. Est & illud in *LL.* additum: quod hoc

dotis augmen mulieri obueniatur non nisi iure ususfructus. Nam, mortua uidua, haec summa, *augminis dotalis* nomine data, non illius heredibus obuenit; sed heredibus largitoris mariti aut feudi legitimo successori. Vnde patet, haberi eandem instar *uitalitii*, temporis intuitu in lege finiti. Quod sane durum est & inconcinnum patrio iuri ideo: quoniam G.I. mulier non obligatur ad dotem; sed tamen obligatur maritus ad eam, post mortem, alendam & dotandam, ut inde uiuere possit. Igitur *dos* uxorem parum adiuuat in lucris aut commodis, post mariti mortem accipiendis ex illius re familiari. Sed etiam hoc est specimen patrii iuris, ex ignorantia commixti & confusi cum Romano, in tantis licet in hoc argumento differentiis. Luminis instar repeti hic debent ea, quae *differ. I.* scripsimus de *dote mariti*, *morgengaba* & *dotulitio*.

De HYPOBOLo
Graecorum.

(c) Nomen *hypoboli* originem suam debere duobus uerbis ὑπὸ *sub* & βάλειν *iacere*, extra dubitationem. Igitur ὑπόβαλον idem, quam *subiectum*, *additum*, *addictum*, in uernacula *eine zulage*. Auctor ETYMOLOGICI ὑποκείμενον πρὸς δυνείον ἢ τόκον. Nam in sensu iuris connubialis dicitur *dotis additamentum*, *accessio*, *augmen*, quod supra de *melioratione dotis* habuimus, *der verbesserung*. Cum enim Graecorum moribus olim receptum, ut mariti uxores dotarent, uti apud Germanos, quod *diff. I.* exposuimus: euenit tamen saepius, ut & ipsae uxores dotem marito adferrent. Is igitur hanc gratiam & beneuolentiam, praeter iuris ordinem, ab uxore factam remunerare uoluit, idque uel *antidote*, quae doti ipsi esset aequalis uel *hypobolo*, quod longe dote minus & inferius accessitque ad dotem parte tantum uel *dimidia* uel *tertia* uel *minori*. Variauisse enim haec in *hypobolis*, facile largimur SALMASIO *libr. de modo usurar. cap. 4. p. 150. 151. sq.*
Licet

Licet in aliis, quae habet uir summus, de uario hypoboli significato, ei non consentiamus. Nam potuit fieri, ut hoc nomine scriptores philosophi, rhetores, lexicographi abuterentur, quia iura Graeca ignorarunt (*), quod fit peccaturque ab hoc hominum genere hodie multoties. Nobis testes sufficiunt Graeci iureconfulti, quod hypobolum describendum sit: *dotis muliebris accessio, a marito facta.* Audiemus ATTALIATAM in *synopsi iuris Gr.* tit. 27. sub finem: τὸ ὑπόβολον συμφωνεῖται παρὰ τῷ ἀνδρὸς. καὶ εἰ μὲν λάβῃ τὴν προῖκα, καὶ προτελευτήσῃ ὁ ἀνὴρ σὺν τῇ προικὶ δίδεται τὸ ὑπόβολον πρὸς τὴν γυναῖκα, ὅσον ἀν συμφωνηθῆ. εἰ δὲ μὴ συμφωνηθῆ, συμφηφίζεται κατὰ τὸ ἤμισυ τῆς προικὸς. καὶ εἰ μὲν οὐκ ἔχει παῖδας, ἔχει πρὸς τῇ χερσὶ καὶ τὴν δεσποτείαν. εἰ δὲ ἔχει παῖδας, ἔχει μὲν τὴν χερσὶν ἢ γυνῆ. τὴν δὲ δεσποτείαν μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτῆς οἱ παῖδες. ἔχει δὲ καὶ αὐτὴ ἰσομοιρίαν ἐνὸς παῖδος κατὰ δεσποτείαν, εἰ μὴ δευτερογαμῆσῃ. εἰ δὲ προτελευτήσῃ τῷ ἀνδρὸς ἢ γυνῆ, χάραν οὐκ ἔχει ἢ τῷ ὑπόβोलῳ ἀπαίτησις, ἀλλ' ἢ μόνον τὸ θεώρετρον, ὃ ἐστὶ κατὰ λίτραν τῆς προικὸς νομίσματα ἕξ (†). i. e. HYPOBOLVM ex PACTO uiri proficiscitur. At siquidem uir dotem acceperit & prior decesserit: una cum dote datur & HYPOBOLVM mulieri, quantum conuenerit. Sin nihil conuenerit, computatur in SEMISSEM DOTIS. Ac siquidem liberos nullos habet, praeter usumfructum, habet PROPRIETATEM. Sin exstant liberi, mulier quidem usumfructum habet, at proprietatem post eius mortem LIBERI. Habet etiam ipsa parem cum uno ex LIBERIS PORTIONEM iure proprietatis, nisi nuptias secundas contraxerit. Sin ante uirum mulier decesserit, hypoboli peti-

(*) Nam & CEDRENS lib. ult. confundit hypobolon cum donatione propter nuptias. Vti recte notat Hub. GIPHANVS ad l. 1. C. de dot. promiss.

(†) Laudantur scriptores Graeci, qui sigillatim de hypobolo idem definiuerunt Georg. PHO-

RENVS περὶ ὑπόβολου & RVSTATHIVS magister Romanus in tractatu MS. de hypobolo, quorum loca exhibet FRESNEVS. Cui ideo dandus est locus in hoc argumento. Licet minus recte hypobolon confundat cum doario & dotalitio, superius a nobis descripto,

io locum non habet; sed solum THEORETRVM (quae sponsalitia largitas est) quod est in quamlibet libram dotis solidi sex. Plura exinde intelliguntur. Primo, quod hypobolon fit dotis additamentum. Deinde, quod dimidia dotis pars. Tum, quod uiduae debeatur proprietas. Porro, quod differat a theoretro, sponsalitia largitate. Sed ceteris de hypobolo plenior & amplior est Constant. HARMENOPOLIS. MENOPVLVS lib. IV. tit. 10. Nam principio hypoboli etymon aperit a voce υποβάλλειν. Deinde addit, υποβολον καλεῖσι ἐπὶ τῇ ποσότητι τῆς προικὸς, ὅταν ἀποθανῆσθαι τῆς γυναικὸς ἢ προῖξ ἀπαμῆται τῷ ἀνδρὶ, * τὰυτη υποβαλλόμενον, ἡ γουν υποτιθέμενον καὶ υποκάτω τῆς εἰς πλέον ποσὸν ἀναβιβασομένης προικὸς, ὡς ὀλιγώτερον παρὰ τὰυτην τιθέμενον. i. e. Hypobolon adpellant, quod ob dotis quantitatem cum uxore defuncta dos a uiro reperitur, huic subiicitur ac supponitur ἐν uelut sub dote, quae in maiorem ascendit quantitatem, tanquam minus ac infirmius, si cum hac conferatur, ponitur. Porro summam indicat hypoboli, quam suo tempore dicit, fuisse trientem dotis: licet olim fuerit dotis dimidia. Etiam praeterea Nouella LEONIS 20. hypobolon dote habet minus; neque uult, ut, post dotem & hypobolon, porro aliquid repetat requiratque uidua ex mariti bonis; post hypobolon extingui mortua uxore ante maritum. Et LEO idem nouell. 22. praecipit: hypobolon non consuetudinarii iuris esse; sed legis scriptae. Ne magis pudori mariti, quam iuris necessitati relictum esse uideatur. Atque pleraque haec etiam de dotis illo melioramento (*) uera sunt der heurathsgutsverbesserung. Sed cum olim Graeca haec iura nostris LL. antistitibus ignorata fuerint: opinabile non est, Germanos augmen dotis a Graecorum hypobolo accepisse. Licet uere utrumque sit eiusdem argumenti.

(*) Quod etiam agnouit summus uir, CVAEIVS lib. 7. obseru. cap. 4. Neque aliter Er.


HOTOMANNVS de dote p. 826. Moribus nostris, inquit, dotis donarium,

Halle, Diss., 1721
LII-2



VD18





DISSERTATIO
different
Romani &

DOMINICUS MARR

1) MORGENGABA
2) DOTALITIO

PRAE
DN. IO. PETRO

S. R. MAIESTATI PORVSSICAE A C
IN DVCATV MAGDEBVRGICO, IVRIS
DOMINO IN GATTEM
INCLVTI IVRECONSULTORV

PRO SVMMIS IN VTRO
LEGITIME C
D. VIII. NOVEMBR.

IN FRIDE
H. L.

PVBlice R
IOANNES DAN
ADVOC. IMMATR

HALAE VE
LITTERIS IOAN. FRID. KROT

